
Die
älteren Matrikeln
des Bisthums
Freysing.

Herausgegeben
von
Dr. Martin v. Deutinger,
Domprobst in München.

Dritter Band.

München, 1850.
Verlag der erzbischöflichen Kanzley.



Die

ältern Matrikeln

des Bisthums

Freysing.

Herausgegeben

von

Dr. Martin v. Deutinger,

Dompropst und Director des erzbischöfl. allgemeinen geistlichen Rathes und des Metropolitangerichtes in München, vormaligen Oberkirchen- und Studienrathe im Königl. Ministerium des Innern, Mitglied der Königl. Akademie der Wissenschaften in München und mehrerer histor. Vereine, Ritter des Civilverdienst-Ordens der Bayer. Krone rc.

Dritter Band.

München, 1850.

Verlag der erzbischöflichen Ordinariats-Kanzley.

Vorrede.

Der gegenwärtige dritte Band der älteren Matrikeln des Bisthums Freysing enthält:

I. den Schluß der Kanonicus-Schmidtischen Matrikel vom Jahre 1740 (den sechsten Band der Handschrift), nämlich die Decanate

Warngau oder Miesbach (§. 343—355, S. 3—45) und

Wasserburg (§. 356—369, S. 47—95), dann das Archidiaconat

Raitenbuch (§. 370—377, S. 97—120)

nebst einem statistischen Überblicke der ganzen Diöcese nach dem Stande vom J. 1740 (§. 378, S. 120 u. 121).

II. Als Anhang zu der Schmidtischen Matrikel folgen

1. eine kurze Matrikel nach alphabetischer Reihenfolge der 17 Decanate mit Angabe der zu einem jeden Decanate gehörigen Pfarreyen und deren Filialen, jedoch mit Weglassung des Archidiaconates Raitenbuch (§. 379. Nro. 1 — 246, S. 125 — 140) und

2. eine ausführlichere Matrikel nach alphabetischer Reihenfolge der Pfarreyen mit Angabe der Patronatsrechte, der Filialen und der auf dem Diöcesanverbande beruhenden Lasten. (Lit. A — Z, Nro. 1 — 253, §. 380 — 400, S. 141 — 206).

III. Die alte, Conradinische Matrikel v. J. 1315, nach der Reihenfolge der Archidiaconate und Decanate nebst Aufzählung der Collegiatstifte und Klöster in der Diöcese Freysing, so wie der hochstiftischen Patronats-Pfarreyen außerhalb dieser Diöcese.

(§. 401 — 420, S. 207 — 235).

Da diese Matrikel ohne Erläuterung an vielen Stellen schwer verständlich wäre, so hat man sie mit fortlaufenden kurzen Anmerkungen begleitet.

IV. Die Sunderndorferische Matrikel vom Jahre 1524 und beziehungsweise vom Jahre 1618, gleichfalls nach der Reihenfolge der Decanate, jedoch ohne das Archidiaconat Raitenbuch,

(§. 421 — 676, S. 237 — 433)

mit einem Anhange, welcher den Stand der Pfarrgeistlichkeit

des Bisthums Freysing vom Jahre 1518 darstellt
(S. 433 — 452).

V. Eine Matrikel der Patronats- und Collations-Rechte aus dem XVI. Jahrhunderte in tabellarischer Form, nebst zwey neueren Übersichten der Pfarr-Patronatsrechte und einem alphabetischen Register über die Patronats-Rechte bey den Beneficien.
(§. 677 u. 678, S. 453 — 520).

VI. Eine Kanzley-Manual-Matrikel aus dem XVII. Jahrhunderte nach Ordnung der Sunderndorferischen Matrikel.
(§. 679 — 694, S. 521 — 550).

VII. Pfarrbeschreibungen (Fassionen) vom Jahre 1575.
(§. 695 — 767, S. 551 — 601).

VIII. Das Register zum dritten Bande.

Hiermit ist der Stoff für die zum Drucke geeigneten älteren Matrikeln des Bisthums Freysing erschöpft.

Der noch folgende vierte Band wird historisch-statistische Beschreibungen des nunmehr erloschenen Bisthums Chiemsee und desjenigen Theiles der Erzdiöcese Salzburg, welcher jetzt zum Erzbisthum München und Freysing gehört, nebst einem ausführlichen Hauptregister über das ganze Matrikelwerk liefern.

Dieser Band kann jedoch nicht vor Ende des künftigen Jahres 1850 in die Presse gegeben werden.

In der Zwischenzeit werden aber einige Hefte der gleichzeitig mit den Matrikeln angekündigten Beyträge zur Geschichte, Topographie

und Statistik des Erzbisthums München und Freysing — das erste Heft noch in diesem Jahre — erscheinen.

München am 3. December 1849.

Der Herausgeber.

Schluß

der

Kanonicus-

Schmidtischen Matrikel

des Bisthums

Freysing

vom Jahre 1738 — 1740.

Uebersicht
des Inhaltes der Schmidtischen Matrikel.

Die §§. 1 — 166 sind in dem ersten Bande, die §§. 167 — 342 in dem zweyten Bande, die §§. 343 — 378 in dem gegenwärtigen dritten Bande abgedruckt.

Matricula

seu

plena descriptio dioecesis frisingensis.

Vol. VI.

Continens Decanatus rurales Warngaviensem et Wasserburgensem, nec non Archidiaconatum Rottenbuechensem.

Anno MDCCXL.

XVI.

DECANATUS RURALIS

WARNGAVIENSIS

SUB TITULO ET PATROCINIO

S. SIMONIS APOSTOLI.

Parochiæ

Decanatus ruralis Warngaviensis*).

*) Das Decanat Warngau, später Miesbach genannt, wurde seiner zu großen Ausdehnung wegen im Jahre 1844 in zwey Decanate: Miesbach und Tegernsee abgetheilt. Das jetzige Decanat Miesbach enthält die Pfarreyen Miesbach, Neukirchen, Schliersee, Wahl und Weyarn nebst den von dem Decanate Aibling losgetrennten Pfarreyen Ellbach, Fischbachau, Irschenberg und Bayrischzell. Zum neugebildeten Decanate Tegernsee gehören die Pfarreyen Egern, Gmund, Hartpenning, Kreit, Oberwarngau, Osterwarngau, Otterfing, Reichersbeuern, Tegernsee und Waakirchen. D.

§. 343.

Parochia s. Joann. Bapt. in Warngau*).

1. Hæc Parochia, alias Wester-Warngau vel Ober-Warngau nuncupata, juxta veterem matriculam est de collatione Abbatis in Tegernsee. Hodie Abbas & conventus monasterii Tegernseensis præsentant Parochum ab Episcopo admittendum & investiendum. Modernus Parochus est R. D. Casparus Neumühler, ao. 1718 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos. Est hujus capituli ruralis Decanus.

2. De proventibus hujus Parochiæ in eadem matricula leguntur: *Item in fixis redditibus circiter 5 florenos. Item in anniversariis fundatis & missis hebdomadalibus 10 ß. dl. Item prædium dotale possit locare pro 3 flor. Item omnes majores decimas æstimat ad 6 flor., minores ad 6 β dl. etc., confessionalia ad 2 flor., panes primitiales ad 3 flor.* Hodie obventiones Parochi potissimum**) consistunt in manso parochiali. Item præter accidentia stolæ Parochus colligit in Warngau decimas lini. Item extra pagum Warngau in aliquibus agris pro tertia parte etiam Parochus decimat. Dicitur tertiam decimarum partem in Warngau emptione ad monasterium Tegernsee pervenisse, ita ut hodie monasterium omnes tres partes ibidem colligat. Sunt ergo obventiones hujus Parochiæ tenues, et ultra 400 florenos annuatim parum conficient. Teste veteri matricula Parochus habuit tres Cooperatores, unum penes se in Warngau, alterum in Reicherspeurn & tertium in Wahl. Hodie in Warngau nullus est Cooperator, in Reicherspeurn autem et in Wahl sunt proprii Vicarii expositi, de quibus infra (fol. 11 & 19). Item tenetur Parochus solvere ad monasterium Tegernsee annuatim

---

*) VI. 1. — Vgl. §§. 392. 621. 692, die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 206. u. 207) und Ernest Geiß's Regesten über die Pfarrey Westerwarngau mit der Reihenfolge der dortigen Pfarrer, abgedruckt im oberbayer. Archiv (VII. 363—371). D.

**) VI. 2.

5 fl. 17 kr. 3 dl., Widumb-Steur 3 fl. 13 kr. 3 dl., ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 20 kr., ad fabricam ecclesiæ*) cathedralis 30 kr. In veteri matricula etiam legitur: *Item Cooperatori in Wahl 6 flor. Item Sacellano in Warngau pro missa hebdomadali 4 ß. dl.* Sacellanus tamen iste non adest amplius. — Domus parochialis cum pertinentiis lignea & parum commoda reædificatione indigeret.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 630 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Wester- seu Ober-Warngau habet ecclesias sex filiales, nempe in Reicherspeurn cum ecclesia in Greilling & sacello am Bach, Wahl, (in quibus tamen locis expositi sunt proprii Vicarii), Allerheiligen Gottshaus auf dem Feldt bey Warngau, dann in Reithhaimb, Pöperg & Staingrueb.

4. Ecclesia parochialis melioris structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ, in quo asservatur Sanctissimum**), altare Bmæ Virginis & altare s. Stephani protomartyris.

Divina hic ordinarie peraguntur in omnibus diebus dominicis ac festivis, exceptis dedicationibus & patrociniis in ecclesiis filialibus. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi, patrocinium vero ad festum s. Joannis Baptistæ. *Confraternitas* corporis Christi hic fuit introducta a Paulo Grundtner, hujus loci Parocho, quæ administratur per Parochum sine proprio magistratu. Altare summum est privilegiatum ratione hujus confraternitatis singulis feriis. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia est competenter provisa paramentis. In turri sunt tres benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in***) Wolfratshausen. Das Vermögen dieses Pfarr-Gottshauses hat in letzter Rechnung 3303 fl. 23 kr. ¼ dl. ausgeworffen.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Reithhaimb.

5. Ecclesia hæc exiguæ structuræ aram habet unam, in honorem Bmæ Virginis dedicatam. Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Jacobi, et in festo conversionis s. Pauli. — Cœmeterium & sepulturæ non adsunt, neque sacristia, paramenta tamen adsunt pro necessitate. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Wolfratshausen. Das Vermögen dises Gottshauses hat sich in letzter†) Rechnung auf 671 fl. 31 kr. 4¾ hl. erstreckhet.

---

*) VI. 3. **) VI. 4. ***) VI. 5. †) VI. 6.

Ecclesia filialis omnium Sanctorum in campo prope Warngau.

6. Ecclesia hæc, in campo sita, firmæ structuræ & octangula, habet quatuor altaria: Altare majus, dedicatum ss. Trinitati, altare B^mæ^ Virginis dolorosæ, cujus statua hic plurimis beneficiis celebris est et a multis peregrinantibus visitari & coli solet, qui ad hanc ecclesiam cum processionibus veniunt, altare s. Annæ (duo hæc altaria necdum sunt consecrata*) et altare omnium Sanctorum, situm in sacello ecclesiæ contiguo, cujus dedicatio celebratur in vigilia s. Laurentii.

Divina in hac ecclesia fiunt in vigilia & in festo omnium Sanctorum; item feria II. & III. Pentecostes, quibus diebus hæc ecclesia visitatur vicinorum processionibus. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Joann. Bapt. Cœmeterium cum sepulturis hic non adest, licet area ecclesiæ tempore pestis pro sepultura servierit. Sacristia competenter instructa est paramentis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & electoralem Præfectum in Wolfratshausen. Das Vermögen dises Gottshauses hat in letzter Rechnung 15269 fl. 34 kr. 2½ hl. betroffen**).

Ecclesia s. Colomani in Pœperg.

7. Ecclesia hæc modica & paupercula habet aram unam, in honorem s. Colomani martyris dedicatam. Divina hic fieri solent in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum Pentecostes, et in festo s. Colomani martyris (die 13. Oct.). Solent etiam hic peragi per annum missæ votivæ. — Cœmeterium nullum adest. Paramenta adsunt pro necessitate sine propria sacristia. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Abbas Tegernseensis. Das Vermögen dises Gottshauses ist nit wüßlich aus Abgang der Rechnungs-Extracten***).

Ecclesia filialis s. Michaelis in Staingrueb.

8. Ecclesia hæc parva et ruinosa altare habet unum, in honorem s. Michaelis Archangeli dedicatum. Divina hic peragi solent in festo patrocinii s. Michaelis Archangeli, ubi etiam dedicatio hujus ecclesiæ concurrit. Item solent hic per annum celebrari per Parochum tres missæ cum applicatione pro fundatoribus, pro quibus accipit stipendium ab ecclesia. Item hic fiunt plures missæ votivæ. Cœmeterium & sepulturæ non adsunt, neque propria sacristia, paramenta tamen adsunt pro necessitate. Circa proventus hujus ecclesiæ eadem est ratio, quæ supra apud ecclesiam in Pœperg.

---

*) VI. 7. **) VI. 8. ***) VI. 9.

§. 344.

Vicariatus parochialis in Reicherspeurn*).

1. Vicariatus iste est de præsentatione Abbatis & conventus Tegernseensis. Modernus Vicarius est R. D. Christophorus Schögger, ao. 1725 perpetuatus. Non dat primos fructus. Est in hoc capitulo rurali testis synodalis.

2. Proventus hujus Vicariatus sumuntur ex manso, qui huic Vicario per sententiam de dato 25 Jan. 1720 fuit adjudicatus, et stolæ accidentiis; item ex Beneficio, quod huic Vicariatui a longissimis annis unitum est, de quo mox infra mentio fiet. Integri proventus hujus Vicariatus junctis etiam fructibus beneficialibus ultra 400 florenos parum ascendent. Condecimat in Greilling illustrissimus Dominus de Preysing. Tenetur Vicarius solvere annuatim ad monasterium Tegernsee 52 kr. 2 dl.; von einer Wisen zu Holz, so dem Gottshaus Reicherspeurn gehörig**), 42 kr. 3 hl.; Landsteur 5 fl. 4 kr. 1 hl., ad seminarium 1 fl., cathedraticum 20 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 30 kr. — Domus Vicarii pro habitatione non est commoda, hinc defacto habitat in ædibus beneficialibus utcunque bonis.

Communicantes hujus Vicariatus novissime 490 reperti sunt.

3. Ecclesiæ in Reicherspeurn, quæ, uti supra dictum est, reputanda est ut filialis ecclesiæ parochialis in Warngau, adjuncta est ecclesia filialis in Greilling, nec non capella B^mæ^ Virginis am Bach et capella arcis Reicherspeurn.

4. Ecclesia in Reicherspeurn, melioris inter rurales structuræ, altaria tria habet: Altare majus, dedicatum in honorem s. Corbiniani Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum et colitur particula de ossibus s. Corbiniani, ao. 1729 huc solenniter translata***), altare B^mæ^ Virginis & altare ss. Joachim & Annæ.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis ac festivis, nisi dedicatio aut patrocinium in filialibus occurrat. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum s. Laurentii. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum sepulturis & ossuario, in quo etiam super ara portatili celebrari

*) VI. 11. — Vgl. §§. 394. 621. 692 und die tabellar. Diöcesanbeschreibung (S. 209). Reichersbeuern besteht jetzt als eine Pfarrey, mit welcher seit dem Jahre 1827 das dortige Beneficium gänzlich vereiniget ist. Die Besetzung derselben erfolgt in dem einen Erledigungsfalle auf Präsentation Sr. Kgl. Maj., in dem anderen durch freye erzbischöfliche Verleihung. D.

) VI. 12. *) VI. 13.

potest. Sacristia decenter instructa est paramentis. Turris habet tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Vicario parochiali & Domino hoffmarchiæ Reicherspeurn, qui est Dominus Comes de Preysing. Das Vermögen dises Gottshauses solle diser Zeit gegen 500 fl. betragen.

5. Anno 1388 Otto de Pienzenau, in superiori Bavaria Vice-Dominus, in hac ecclesia fundavit Beneficium*) missæ quotidianæ, excepta una vel altera die infra hebdomadem, et pro fundo dedit decimas majores & minores in Reicherspeurn, nec non tertiam partem decimarum in Greilling, item tertiam decimarum partem bey der Iser von dem obristen Haus bis in den Stainbach und 6 Tagwerch Wismath, und 2 Lechen zu Reicherspeurn, darauf der Caplan sitzen solle. Celebrantur hodie quatuor missæ hebdomadales. Ratione hujus Beneficii debet Vicarius præstare annuatim der Hofmarchs-Herrschaft zu Reicherspeurn 8 Metzen Habern, Kuchendienst 1 fl. 28 kr., vor einen Hund zu halten 2 fl. Jus præsentandi ad hoc Beneficium exercet senior illustris familiæ de Pienzenau, jus autem instituendi ad illud exercet Abbas Tegernseensis**). Solet ad hoc Beneficium præsentari & institui Vicarius parochialis in Reicherspeurn.

*Ecclesia filialis s. Nicolai in Greilling****)*.

6. Ecclesia hæc novæ structuræ est cum altari uno, in honorem s. Nicolai Episcopi consecrato. Divina hic peraguntur in dedicatione, quæ celebratur Dominica ante festum s. Lucæ. Patrocinium celebratur in festo s. Nicolai Episcopi. Item divina fiunt in festis ss. Magdalenæ & Catharinæ. Item in hac ecclesia dicitur et ad intentionem fundatorum seu benefactorum applicatur missa hebdomadalis, pro qua Vicarius ex redditibus ecclesiæ recipit 25 florenos, cum alias tenues de suo Vicariatu proventus habeat. — Cœmeterium seu area ecclesiæ adest, sed absque ossuario & sepultura. Sacristia tenet competentia paramenta. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventuum cura est penes Vicarium parochialem & Dominum hoffmarchiæ Reicherspeurn. Das Vermögen dises Gottshaus solle diser Zeit gegen 3500 ausmachen†).

Ecclesia filialis Bmæ Virginis am Bach.

7. Capella hæc octangula pulchra & consecrata habet altare unum, in honorem Bmæ Virginis erectum. Divina hic extra dedica-

---

*) VI. 14.

**) Durch das Aussterben dieser Familie ist das Präsentationsrecht gegen das Ende des vorigen Jahrhunderts erloschen und in die freye bischöfliche Collation übergegangen. Hierauf gründet sich das jetzige Wechselrecht bey der Besetzung der Pfarrey Reichersbeuern. D.

***) VI. 15. †) VI. 16.

tionem, quæ incidit in Dominicam post festum .... B^mæ Virginis*), alia non fiunt, nisi in die cujusdam anniversarii et plures missæ per annum votivæ. — Non adest cœmeterium, nec sacristia. Paramenta sumuntur ex filiali ecclesia Greilling. — Proventus hujus capellæ sunt sub eadem administratione, sub qua sunt aliæ ecclesiæ hujus Vicariatus. Das Vermögen diser Capellen solle diser Zeit gegen 700 fl. betreffen.

*Capella filialis s. Martini in arce Reicherspeurn***)*.

8. Hæc capella in castro Reicherspeurn sita et decora est. Habet unum altare, in honorem s. Martini Episcopi consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur in Dominica post nativitatem B^mæ Virginis, et in festo patrocinii s. Martini Episcopi. Sacristia hujus capellæ instructa est decentibus paramentis. Turris continet campanas duas benedictas. Capella conservatur a Domino arcis Reicherspeurn.

---

§. 345.

Vicariatus parochialis s. Margaritæ in Wahl***).

1. Vicariatus iste est de præsentatione Abbatis & conventus Tegernseensis. Modernus Vicarius est R. D. Franciscus Xaverius Lochner, ao. 1725 perpetuatus. Non dat primos fructus.

2. Proventus hujus Vicariatus recipiuntur ex manso & stola, decimas enim percipit monasterium Tegernseense; gaudet tamen Vicarius in Parochia Parsbergensi seu Miespacensi apud tres colonos decimarum duabus partibus. Integri proventus hujus Vicariatus creduntur ad 400 florenos ascendere. Econtra tenetur Vicarius solvere Widumbsteur 58 kr. 2 dl., ad monasterium Tegernsee 34 kr. 2 dl., zum Castenambt München Grasgelt 3 kr., ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum 20 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 30 kr. — Domus Vicarii est utcunque commoda†).

---

*) Die Pfarrbeschreibung vom Jahre 1817 gibt an, daß das Kirchweihfest der Bachcapelle bey Greiling am Sonntage nach Maria Heimsuchung gehalten werde. D.

**) VI. 17.

***) VI. 19. — Vgl. §. 399 und die tabellar. Diöcesanbeschreibung S. 213—215. Wahl ist seit der Aufhebung des Klosters Tegernsee eine nicht organisirte Säcular-Pfarrey. D.

†) VI. 20.

Communicantes hujus Vicariatus novissime 314 inventi sunt.

3. Ecclesia, quæ juxta veterem matriculam reputatur filialis ecclesiæ parochialis in Westerwarngau, est melioris inter rurales structuræ. Habet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis martyris, in quo asservatur Sanctissimum et colitur particula s. Crucis et de ossibus s. Margaritæ, altare B^mæ^ Virginis et altare ss. Martini & Udalrici.

Divina hic fiunt in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio incidit in Dominicam II. post festum s. Michaelis. Patrocinium celebratur in festo s. Margaritæ virginis martyris. — Baptisterium *) hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet decentia paramenta et turris quatuor campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius et Præfectus electoralis in Wolfratshausen. Das Vermögen dises Gottshauses hat in letzter Rechnung 2522 fl. 52 kr. ⅝ hl. ausgeworffen.

---

§. 346.

Parochia s. Georgii in Otterfing **).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ et de libera collatione Episcopi Frisingensis. Modernus Parochus est R. D. Casparus Kogler, ao. 1716 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos. Est hujus capituli ruralis Camerarius.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso et tertia decimarum parte, qua Parochus fruitur per totam Parochiam, nec non ex accidentiis stolæ. In veteri matricula legitur: *Item in missis hebdomadalibus 26 β. dl. Item in anniversariis fundatis 10 β. dl. Item in fixis redditibus 1 ℔. dl., de qua libra denariorum Cooperatori cedunt 3 β. dl. Item omnes majores decimas frumentorum œstimat ad 62 flor., minores ad 2 flor., confessionalia ad 3 flor., panes primitiales ad 5 flor.* Condecimat pro duabus decimarum partibus in ***) Otterfing, Holzhaimb, Palnkhamb, Jäsperg & Thallhaimb Dominus Comes de Tattenbach, tanquam Dominus comitatus

---

*) VI. 21.

**) VI. 23. — Vgl. §§. 392. 617. 692 und die tabellarische Diöcesanbeschr. S. 208 und 209. D.

***) VI. 24.

in Falley. In Wetlkhamb, Staingau & Erlach decimæ sunt dispersæ, et partim capitulum Collegiatæ Monacensis, partim duo Beneficiati ejusdem Collegiatæ condecimant. — Integri proventus hujus Parochiæ creduntur posse melioribus annis attingere 800 florenos. Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem, de quo videri possunt recessus de annis 1419 & 1649 et alia acta. Item debet solvere Widumbsteur 2 fl. 7 kr. 2 dl., Jäger-Gelt nach München 1 fl. 9 kr. und nach Falley auch 1 fl. 9 kr. (in veteri matricula legitur: *Jægergelt Principi 1 ß. dl. et totidem Vogtey)*, ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 20 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 30 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis & habitatio Cooperatoris sunt structuræ veteris ligneæ et parum commendabilis*).

Communicantes hujus Parochiæ novissime 738 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Otterfing habet alias quatuor ecclesias filiales, nempe in Staingau, Wetlkhamb, Jäsperg & Perghaimb.

4. Ecclesia parochialis est melioris inter rurales structuræ. Habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare B[mæ] Virginis et altare s. Nicolai Episcopi.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis ac festivis, nisi in diebus dedicationis & patrocinii in filialibus. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Michaelis, patrocinium autem in festo s. Georgii martyris**). Item hic dicitur missa hebdomadalis die ad libitum cum libera applicatione. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta sufficientia & turris campanas tres benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus et Præfectus electoralis in Wolfratshausen. Das Vermögen dieses Pfarr-Gottshauses hat in letzter Rechnung 2570 fl. 24 kr. ½ hl. betroffen. Es würdet auch in der Kirchenrechnung von einer Armen-Seelen-Brueder-schaft gemeldet, welche dieser Zeit 438 fl. 51 kr. 2 hl. im Vermögen hat.

Ecclesia filialis s. Valentini in Perghaimb.

5. Ecclesia modicæ, sed bonæ structuræ habet altare unum, in honorem***) s. Valentini Episcopi consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in feriam tertiam Pentecostes et in festo s. Valentini Episcopi. Item hic dicenda est missa hebdomadalis die ad libitum cum libera applicatione. — Cœmeterium non adest. Sacristia habet paramenta necessaria et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Wolfratshausen. Das Vermögen dises Gottshauses hat lezthin 2063 fl. 24 kr. 1 hl. ausgemacht.

---

*) VI. 25. **) VI. 26. ***) VI. 27.

Ecclesia filialis s. Crucis in Wetlkhamb.

6. Ecclesia hæc modicæ, sed lucidæ structuræ, habet altare unum, in honorem s. Crucis consecratum. — Res divina hic peragitur in dedicatione, Dominica post festum assumptionis B. V. M.*), et in festo inventionis s. Crucis. Item hic dicitur missa hebdomadalis die ad libitum cum libera applicatione. — Cœmeterium cum sepulturis non adest, licet area circumdet ecclesiam. Sacristia habet paramenta necessaria & turris duas campanas benedictas. Cura proventuum eadem est, quae in aliis ecclesiis hujus Parochiæ. Das Vermögen dieses Gottshauses hat sich in letzter Rechnung auf 3138 fl. erstrecket.

Ecclesia filialis s. Martini in Staingau.

7. Ecclesia hæc melioris structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo solet æstivo solum tempore asservari Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis**) et altare ss. Achatii, Floriani & Colomani.

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis & festivis, nisi in aliis filialibus incidat dedicatio aut patrocinium. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur Dominica post festum s. Aegidii, patrocinium autem in festo s. Martini Episcopi. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione die ad libitum. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia competenter instructa est paramentis. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Præfectum electoralem in Wolfratshausen***). Das Vermögen dises Gottshauses hat in letzter Rechnung 685 fl. 39 kr. ½ hl. betroffen, wo auch von einer Armen-Seelen-Brueberschaft Meldung geschichet, welche 434 fl. 9 kr. 3 hl. im Vermögen hat.

Ecclesia filialis s. Catharinæ in Jæsperg.

8. Ecclesia modicæ structuræ unum habet altare, in honorem s. Catharinæ consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi, et in festo s. Catharinæ virginis martyris. Item hic dicitur missa hebdomadalis die ad libitum cum libera applicatione. — Cœmeterium non adest. Sacristia habet paramenta necessaria & turris campanas duas benedictas †). — Proventuum cura est penes Parochum & Præfectum electoralem in Wolfratshausen. Das Vermögen dieses Gottshauses hat sich in letzter Rechnung auf 5437 fl. 37 kr. 6 hl. gezeigt.

---

*) VI. 28. **) VI. 29. ***) VI. 30. †) VI. 31.

§. 347.

Parochia s. Joann. Bapt. am Burgthor des Closters Tegernsee*).

1. Hæc Parochia providetur per Vicarium regularem ex monasterio Tegernseensi, ord. s. Benedicti; antiqua enim matricula indicat, hanc Parochiam unitam esse eidem monasterio. — Modernus Vicarius est R. P. Joann. Bapt. Strobel, in eodem monasterio professus.

2. De proventibus hujus Parochiæ legitur in eadem matricula, quo tempore aderat Provisor sacerdos sæcularis: *Item nihil habet in fixis redditibus, neque anniversariis. Tenet duas missas hebdomadales, pro quibus datur sibi in monasterio tabula. Item habet minores decimas, valoris circiter 7 flor. Item confessionalia ad 4 flor., stolam & panes primitiales ad 1 flor. Habitat in monasterio, ubi pro se habet propriam habitationem. Item Dominus Abbas colligit majores decimas ac illas ad monasterium adducit**)*. — Hodie omnes proventus hujus Parochiæ ducuntur ad ipsum monasterium. Habitatio propria Vicarii non adest. Dantur de hac Parochia ad seminarium episcopale 1 fl., cathedraticum 20 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 30 kr.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 650 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Tegernsee am Burgthor habet quatuor filiales capellas, nempe s. Annæ in cœmeterio, B[mæ] Virginis in via inter Tegernsee & Achen, s. Quirini prope lacum, et s. Crucis prope Kreith.

4. Ecclesia parochialis, non adeo magnæ, sed honestæ structuræ, habet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ, in quo asservatur Sanctissimum, altare B[mæ] Virginis***) et altare s. Sebastiani martyris, privilegiatum diebus .... ratione confraternitatis s. Sebastiani, authoritate ordinaria hic institutæ, quæ regitur per .... — Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Bartholomæi & patrocinium in festo s. Joannis

---

*) VI. 33. — Vgl. §§. 41. 396. 622. 692, die tabellarische Diöcesanbeschreibung (S. 212), v. Hefner's Tegernsee und seine Umgebungen, Adolph v. Schaden's Beschreibung des Tegernsees und des Schliersees u. A. Die Pfarrey Tegernsee wurde nach der Aufhebung des dortigen Klosters organisirt und erhielt nebst dem Pfarrer auch einen Hülfspriester. Die Pfarrkirche wurde im Jahre 1804 demolirt und die schöne Klosterkirche zur Pfarrkirche bestimmt. D.

) VI. 34. *) VI. 35.

Baptistæ. — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est competentibus paramentis. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Abbatis Tegernseensis. Das Vermögen dieses Gottshauses ist aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich *).

Capella s. Annæ in cœmeterio.

5. Capella hæc veteris structuræ, in cœmeterio ad ecclesiam parochialem sita, habet altare unum, in honorem s. Annæ dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione et in festo s. Annæ. Solent hic etiam celebrari per annum anniversaria & missæ votivæ.

*Capella B^mæ Virginis in via inter Achen & Tegernsee***).*

6. Capella valde elegans, ad officinam vitriariam sita, cum uno altari, in honorem B^mæ Virginis dedicato. Divina hic fieri solent......... Cœmeterium hic etiam habetur cum sepulturis & ossuario. Sacristia non adest, sed paramenta deferuntur ex ecclesia monasterii. Turris habet duas campanas benedictas***).

Capella s. Quirini prope lacum.

7. Capella hæc prope lacum sita, ubi fluxus est olei contra diversas ægritudines salubris ac celebris, vulgo Quirini-Oel nuncupati. Adest unum altare, in honorem s. Quirini martyris dedicatum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam II. post Pascha, et in festo s. Quirini martyris et fiunt etiam multæ missæ votivæ.

Capella s. Crucis.

8. Hæc capella, prope pagum Kreith & officinam vitriariam sita, ubi etiam sunt aquæ medicæ & salubres, unum habet altare, in honorem s. Crucis erectum †).

---

*) VI. 36.

**) Die Kirche auf der Glashütte ist jetzt eine Filiale der Pfarrey Kreit. In dieselbe haben Se. Kgl. Maj. Max I. im Jahre 1824 ein Schulbeneficium gestiftet. Während der Sommermonate wohnt der Beneficiat im Wildbade zu Kreit und leistet dort die Dienste eines Badcaplanes. D.

***) VI. 37. — Laut Pfarrbeschreibung vom Jahre 1817 wird in dieser Kirche das Patrociniumsfest am Maria-Heimsuchungstage, das Kirchweihfest am 16. Sonntage nach Pfingsten und sonst alle Monate einmal Gottesdienst gehalten. D.

†) Diese Capelle, jetzt gleichfalls eine Filiale der Pfarrey Kreit, befindet sich nahe an der Quelle des Wildbades Kreit. In derselben hat der Beneficiat von der Glashütte während der Sommermonate Messe zu lesen und an Sonn- und Feyertagen Gottesdienst für die Badegäste zu halten. D.

§. 348.

Parochia s. Laurentii in Egern *).

1. Hæc Parochia providetur per Vicarium regularem ex monasterio Tegernseensi, ord. s. Benedicti; antiqua siquidem matricula indicat, hanc Parochiam unitam esse eidem monasterio. — Modernus Vicarius est R. P. Bonaventura Perghoffer, in eodem monasterio professus.

2. De proventibus hujus Parochiæ legitur in veteri matricula: *Item non habet fixos redditus. Item in anniversariis circiter 5 β. dl. Item in missis hebdomadalibus habet 1 ℔. dl. Item prædiolum dotale, si sibi liceret, possit locare colono pro 2 flor. Item Abbas decimas majores colligi et ad monasterium duci facit. Item habet minores decimas, quas æstimat valoris 2 flor. etc. Confessionalia ad 2 flor. Item panes primitiales æstimat**) valoris 1 flor. Item solvit dicti monasterii Abbati pro absentia 8 ℔. dl. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus.* Ex quibus verbis colligitur, hanc Parochiam antiquitus fuisse provisam per sacerdotem sæcularem. Dantur de hac Parochia ad seminarium episcopale 4 fl., cathedraticum 20 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 30 kr. — Communicantes hujus Parochiæ novissime 1223 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Egern habet aliam ecclesiam filialem in Kreith, quæ in veteri matricula vocatur Leonhardts-Winkhel***).

4. Ecclesia parochialis pulchra et ampla, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Laurentii martyris, in quo asservatur Sanctissimum †), altare B^mæ Virginis, cujus statua hic multis beneficiis claret, et altare s. Magdalenæ.

---

*) VI. 39. — Vgl. §§. 41. 383. 623. 692, die tabellarische Diöcesanbeschreibung (S. 193 u. 194), von Obernberg's Reisen durch den Isarkreis (I. 147), von Hefner's Tegernsee und seine Umgebungen ꝛc. — Bey der Organisation der Klosterpfarreyen wurde für Egern ein Pfarrer mit einem Hülfspriester dotirt, die Filiale Kreit aber zu einer eigenen gleichfalls organisirten Pfarrey erhoben. D.

**) VI. 40.

***) Kreit, jetzt (wie erwähnt) eine selbstständige Pfarrey, hat zwey Nebenkirchen, die eine auf der Glashütte an der Grenze Tyrols mit einem Schulbeneficiaten, die andere im Wildbade, ¾ St. vom Dorfe Kreit entfernt. Vgl. oben §. 347. n. 6 u. 8, die tabellarische Diöcesanbeschreibung (S. 198), v. Obernberg's Reisen (I. 171 — 176), Flora (Jahrg. 1825. S. 291 — 293), v. Hefner's Tegernsee (S. 113 — 136), J. F. Rosenmerkel's Beschreibung des Mineralbades zu Kreuth (München 1822. 8.), C. Ph. Krämer's die Molken- u. Bade-Anstalt Kreuth in ihrer medizinischen Bedeutung (München b. Franz. 8.), J. C. Mielach's kleines Angedenken an Kreuth (München b. Franz. 12.) ꝛc.

†) VI. 41. D.

Divina hic fiunt ordinarie singulis diebus dominicis et festivis. Dedicatio celebratur in Dominica post Pascha, patrocinium vero in festo s. Laurentii martyris. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia decenter est instructa paramentis. Turris habet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub Abbatis Tegernseensis administratione. Das Vermögen dieses Gottshauses ist aus Abgang der Rechnungs-Extractem nit wüßlich *).

Ecclesia filialis s. Leonardi in Kreith.

5. Ecclesia decora habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Leonardi Abbatis, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Joannis & Pauli ac Julianæ, et altare ss. Georgii & Augustini. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur in Dominica II. post festum s. Michaelis, et in festo patrocinii s. Leonardi Abbatis, item in festis s. Pauli conversi, Georgii, Julianæ, Augustini et ss. Innocentium martyrum. Item in feria III. Paschatis et Pentecostes **). — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia adest cum decoris paramentis. In turri sunt campanæ ...... benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ ratio eadem est, quæ supra de ecclesia parochiali dicta fuit.

---

§. 349.

Parochia s. Aegidii in Gmundt ***).

1. Anno 1274 Conradus II. Episcopus Frisingensis accedente capituli cathedralis consensu hanc Parochiam univit et donavit monasterio Tegernseensi. Anno 1530 Clemens Papa VII. eandem Parochiam eidem monasterio incorporavit cum facultate exponendi Vicarium regularem sui monasterii vel alium sacerdotem sæcularem. Anno 1666 jussus est Abbas Tegernseensis, expositos regulares in suum monasterium recipere et Vicarium sæcularem pro perpetuatione præsentare. Anno 1667 & 1673 obtinuit Abbas, ut

*) VI. 42. **) VI. 43.

***) VI. 45. — Vgl. §§. 385. 615. 692, die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 194 bis 196), v. Obernberg's Reisen (I. 139) und das oberbayer. Archiv (VII. 394). — Nach der Aufhebung des Klosters Tegernsee ist die Pfarrey Gmund mit einer Dotation für zwey Priester organisirt und die Filiale Waakirchen (Waidtkirchen) zu einer eigenen, gleichfalls organisirten Pfarrey erhoben worden. D.

ex gratia speciali possint exponi Vicarii regulares ad certum tempus. Successive ao. 1684 concessit rursus Albertus Sigismundus Episcopus Frisingensis, ut regulares Vicarii ad hanc Parochiam exponi possint, reservata tamen sibi et successoribus Episcopis revocandi*) potestate et aliis juribus episcopalibus salvis, uti in decreto de dato 16 Nov. 1684. Denique ao. 1700 Joannes Franciscus Episcopus Frisingensis ad preces Quirini Abbatis Tegernseensis non tantum donationem Conradi antecessoris sui confirmavit, sed et jura, monasterio a Sede Apostolica ad dictam hanc Parochiam concessa, per solenne instrumentum de dato 25 Oct. 1700 defensionis suæ præsidio, cathedralis capituli consensu tunc non requisito, roboravit. Præsentat igitur Abbas Tegernseensis Vicarium regularem, ab Episcopo ad curam admittendum et approbandum, salvis etiam alias juribus episcopalibus, prout amplius in dicto instrumento. Modernus expositus Vicarius est R. P. Anselmus Marschall, in supradicto monasterio professus, ao. 1738 admissus & approbatus. Debet autem semper neoelectus Abbas Tegernseensis pro primis fructibus ratione hujus Parochiæ solvere 50 florenos & jura cancellariæ. Habet autem**) Vicarius secum Cooperatorem regularem & communiter alios duos religiosos, vel saltem unum, in cura laborantes, in eodem monasterio professos.

2. Proventus hujus Parochiæ nunc reducuntur ad monasterium Tegernseense salva expositorum regularium sustentatione. In veteri autem matricula de redditibus hujusmodi legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione cujusdam Sölden & agrorum 2 flor. Item de missis hebdomadalibus & anniversariis fundatis 4 ℔. dl. Item prædium dotale si locaret ex illo habere possit 3 ℔. dl. Item omnes majores decimas frumentorum tollit dictus Abbas in Tegernsee exceptis 18 colonis in Schaftlach, ex quibus plebanus habet decimas etc. Minores decimas pro parte sua æstimat ad 5 flor., confessionalia ad 6 flor., panes primitiales ad 6 flor., decimas hortorum ad 6 β. dl. etc.* Colligitur, quod proventus hujus Parochiæ consistant in manso, aliquibus decimis in Schaftlach, pro quibus tamen certa sacrificia celebranda sunt, et aliis minoribus et in stola. Præter monasterium Tegernseense condecimat in hac Parochia quidam***) vir ex Parochia Parsperg seu Miespach, der Giggelberger nuncupatus. Debet etiam hic haberi Cooperator et insuper in veteri matricula legitur: *Item habet unum specialem Sacellanum, qui providet unam missam, cui dat tabulam & vitrici pro salario 16 flor. etc. Item habet unum Cooperatorem & supradictum Sacellanum, quibus dat tabulam; habitant in dote.* — Domus parochialis ampla cum pertinentiis non patitur defectum. Dantur de hac Parochia ad

*) VI. 46. **) VI. 47. ***) VI. 48.

episcopale seminarium 5 fl., cathedraticum 20 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 30 kr.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 2149 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Gmundt habet alias tres filiales, nempe in Waidtkirchen, Schaftlach & Georgen-Riedt, nec non capellam B^mæ^ Virginis in Gmundt & capellam Matris dolorosæ in Feschenbach, nec non capellam in Rasshoven.

4. Ecclesia parochialis inter rurales*) magnificæ & primæ est notæ. Habet altaria quatuor: Altare majus est dedicatum honoribus ss. Michaelis Archangeli & Aegidii Abbatis, de cujus ossibus hic colitur particula. Item hic asservatur Sanctissimum. — Altare s. Crucis in medio ad chorum, necdum consecratum. — Altare B^mæ^ Virginis est privilegiatum feriis quartis ratione *confraternitatis* ss. scapularis hic authoritate ordinaria institutæ, quæ regitur a Vicario parochiali. — Altare ss. Joannis Baptistæ & Nicolai Episcopi.

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis, exceptis**) dedicationibus ac patrociniis ecclesiarum filialium. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis, patrocinium autem ad festa s. Michaelis Archangeli & s. Aegidii Abbatis. Item hic die Lunæ vel Martis una septimana ad aram s. Nicolai, altera autem septimana ad aram B^mæ^ Virginis die Sabbati vel Veneris dicenda est missa hebdomadalis pro fundatoribus juxta restrictionem authoritate episcopali factam de ao. 1669. Dantur propterea Vicario 20 floreni.

Anno 1516 Maurus Abbas Tegernseensis fundavit missam quotidianam, in hac ecclesia parochiali celebrandam, inter quas missas una die Lunæ pro defunctis et una die Sabbati de B^ma^ Virgine***).

Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis decoris et in turri sunt campanæ quatuor benedictæ†). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Abbatis in Tegernsee. Das Vermögen dieses Pfarr-Gotteshauses solle sich dieser Zeit gegen 4000 fl. erstrecken.

Capella B^mæ^ Virginis ad collem cœmeterii.

5. Capella hæc angustæ structuræ ad collem, in quo ecclesia parochialis & cœmeterium est, sita habet unum altare, in honorem B^mæ^ Virginis consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Viti. Item ante vel post singula festa B^mæ^ Virginis celebratur missa pro defunctis benefactoribus præter aliquot fundata anniversaria. — Cœmeterium non habet speciale hæc ecclesia, nec propriam sacristiam. In turri sunt duæ

*) VI. 49. **) VI. 50.
***) Hier sind vermuthlich die Worte „legenda est" hinzuzudenken. D.
†) VI. 51.

campanæ benedictæ*). — Proventus hujus capellæ sunt etiam sub cura Abbatis in Tegernsee. Das Vermögen dieser Capellen wird diser Zeit gegen 1000 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Martini in Waidtkirchen.

6. Ecclesia hæc, inter rurales melioris structuræ, ante aliquos annos horribili pagi incendio simul conflagravit; nunc vero eleganter reædificata & consecrata tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Magdalenæ & altare s. Leonardi Abbatis. Divina hic fiunt a Cooperatore Gmundtensi singulis diebus dominicis & festivis, exceptis illis, quæ ad ecclesiam in Schaftlach**) notantur. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium autem in festo s. Martini Episcopi. — Baptisterium quoque in hac ecclesia extat cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet nunc post incendium paramenta necessaria. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ pariter curat Abbas Tegernseensis. Das Vermögen dises Gottshaus hat vor der Brunst zu Waidtkirchen gegen 1000 fl. sich beloffen, welche aber in des Gottshauses neue Erbauung werden verwendet seyn worden.

Ecclesia filialis s. Crucis in Schaftlach.

7. Ecclesia hæc honestioris structuræ altaria habet duo***): Altare majus, dedicatum in honorem s. Crucis, de qua hic colitur particula, et altare s. Udalrici. — Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica ante festum s. Laurentii), item in festis inventionis et exaltationis s. Crucis, conversionis s. Pauli, Udalrici, Margaritæ, Laurentii, Corbiniani, Catharinæ, Nativitatis Domini & Innocentium martyrum. Cœmeterium cum sepulturis non adest, licet area ecclesiæ clausa sit muro. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventuum hujus ecclesiæ cura est pariter penes Abbatem Tegernseensem. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet diser Zeit in . . . . bestehen†).

Ecclesia filialis s. Georgii in Georgen-Riedt.

8. Ecclesia amœnæ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Georgii & Sebastiani, altare s. Rochi et altare s. Annæ. Divina hic solent peragi in dedicatione (Dominica post nativitatem B^{mæ} Virginis), item Dominica post Circumcisionem Domini & Quinquagesimæ; item in festis ss. Georgii & Sebastiani,

---

*) VI. 52. **) VI. 53.

***) VI. 54. — Schaftlach ist jetzt eine Filiale der Pfarrey Waakirchen. D.

†) VI. 55.

Sabbato infra octavam Ascensionis Domini & in festo ss. Joannis et Pauli. Item tempore æstivo solent hic celebrari 18 missæ cum applicatione pro benefactoribus. In festo s. Marci hæc ecclesia visitatur processione*). — Cœmeterium proprium cum sepulturis non adest. Sacristia instructa est decentibus paramentis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Abbatis Tegernseensis. Das Vermögen dises Gottshauses solle dieser Zeit bey . . . . betragen.

Ecclesia Matris dolorosæ in Feschenbach.

9. Capella seu potius oratorium in colle situm, qui fundus pertinet ad rusticum, vulgo Schuesterbaur zu Feschenbach, ab aliquo villico ex voto ædificatum, angustum est. Habet altare, in honorem Matris dolorosæ erectum, pro sacrificio missæ minus aptum. Oratorium hoc & altare non est consecratum, nec adest sacristia nec turris. Proventus hujus capellæ consistunt in iis, quæ gazophylacio imponuntur**).

Capella s. Sylvestri in Rasshoven.

10. Est pariter oratorium non consecratum cum uno altari, in honorem s. Sylvestri Papæ erectum, sine sacristia, ubi etiam divina non fieri solent.

---

§. 350.

Parochia Bmæ Virginis in Grossen-Hartpehning***).

1. Hæc Parochia est de præsentatione Abbatis et conventus Tegernseensis. Modernus Parochus est R. D. Joannes Georgius Bartholomæus Schœnherr, ss. theol. Lic., ao. 1730 investitus. Dat pro primis fructibus 50 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso parochiali, decimis et stola. De his legitur in veteri matricula: *Item in fixis redditibus 4 flor., de missis hebdomadalibus et anniversariis fundatis 20 flor. etc. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 12 flor., minores ad 4 flor., confessionalia ad 4 flor. Pa-*

---

*) VI. 56. **) VI. 57.

***) VI. 59. — Vgl. §§. 386. 617. 692 und die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 196 — 198). Im Pfarrbezirke von Hartpenning liegt das Nonnenkloster Reutberg (§. 85). D.

nes primitiales ad 5 flor. Item adsunt zwey Widumb-Güettl, eines zu Piesenkhamb, das andere zu Saxenkhamb. Parochus recipit tertiam partem decimarum zu Hartpehning, Piesenkhamb, Saxenkhamb, Holzkirchen und bey umliegenten Ainöden*). Condecimat monasterium Tegernsee, Dominus Comes de Preysing in Reicherspeurn, Beneficiati in Saxenkhamb et Piesenkhamb, ecclesia parochialis in Grossen-Hartpehning et ecclesia filialis in Piesenkhamb. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis creduntur facile ascendere ultra 1000 florenos. Econtra Parochus tenetur habere duos Cooperatores, qui tempore veteris matriculæ in Grossenhartpehning habitabant, nunc autem Parochus habet unum penes se in Grossen-Hartpehning**), et alterum in Holzkirchen, cui posteriori præter assignatam stolam dat hebdomadatim florenum. Item solvit Parochus Widumb-Steur 4 fl. 59 kr., Jägergelt 3 fl., cathedraticum 20 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 30 kr., ad seminarium episcopale 4 florenos. — Domus parochialis cum pertinentiis et habitatione Cooperatoris non patiuntur magnum defectum.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1555 numerati sunt.

3. Ecclesia***) parochialis in Grossen-Hartpehning habet alias sex ecclesias filiales, nempe in Klein-Hartpehning, Holzkirchen, Saxenkhamb, Thann, Sufferloch, Piesenkhamb; item capellas, nempe Bmæ Virginis prope Grossen-Hartpehning, item Bmæ Virginis ad oppidum Holzkirchen, ss. Trinitatis extra pagum Saxenkhamb, s. Gregorii, vulgo Algau-Capelle.

4. Ecclesia parochialis, melioris inter rurales structuræ, habet sequentia altaria: Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis. In eo asservatur Sanctissimum. Altare hoc est privilegiatum universaliter pro defunctis diebus Sabbati, et in eo colitur particula de s. Cruce. — Altare s. Annæ et s. Nicolai Episcopi. — Altare ss. Leonardi, Isidori et Wendelini †). — In capella retro summum altare est ara, in honorem s. Joannis Nepomuceni dedicata. In ossuario altare est, in honorem ss. 14 Auxiliatorum, Francisci Xaverii et Donati Episcopi martyris consecratum.

Divina hic fiunt ordinarie omnibus diebus dominicis et festivis, nisi in filialibus incidat dedicatio aut patrocinium. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur in Dominica sexta post Pascha. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia decenter instructa est paramentis. In turri tres

---

*) VI. 60.

**) Diese Cooperatur versieht jetzt der Beneficiat zu Piesenkam. Außerdem ist der Pfarrer noch verpflichtet, in Hartpenning einen Coadjutor zu halten. D.

***) VI. 61. †) VI. 62.

sunt campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Wolfratshausen. Das völlige Vermögen dises Pfarr-Gottshauses hat in letzter Rechnung 7435 fl. 30 kr. 6¾ hl. betroffen, von deme aber seithero auf den Thurnpau viel wirdet verwendet seyn worden*).

Capella B^mæ^ Virginis prope Grossen-Hartpehning.

5. Capella in vicino colle (vulgo Kirchberg) sita et non ita pridem ampliata et dedicata, aram habet unam, in honorem Christi sepulti et ss. Cosmæ et Damiani consecratam, in qua divina alia nisi votivæ missæ non solent peragi. Dedicatio autem celebratur Dominica post festum inventionis s. Crucis. Proventus hujus capellæ sunt sub eadem cura, sub qua sunt redditus ecclesiæ parochialis, de qua etiam ad hanc capellam pro necessitate solent deferri paramenta, cum hic non adsit sacristia.

Ecclesia filialis s. Sebastiani in Klein-Hartpehning.

6. Ecclesia in colle solitario sita altare habet unum, in honorem s. Sebastiani dedicatum**). — Divina hic solent fieri in dedicatione, quam celebrant in die post festum s. Ursulæ, et in festo patrocinii s. Sebastiani martyris. — Cœmeterium et sacristia non adsunt. Paramenta aliqua hic asservantur. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et electoralis Præfectus in Wolfratshausen. Das Vermögen dises Gottshauses hat in letzter Rechnung 1108 fl. 6 kr. 2¾ hl. ausgemachet.

*Ecclesia filialis s. Laurentii in Holzkirchen****).*

7. Ecclesia hæc bonæ structuræ habet tria altaria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Laurentii martyris. In eo asservatur Sanctissimum. Idem altare privilegiatum est feriis secundis pro defunctis ex *confraternitate* Corporis Christi †) antiquitus hic introductæ, quæ administratur a Parocho in Grossen-Hartpehning et Abbate Tegernseensi tanquam oppidi hujus Domino. — *Altare s. Annæ.* — *Altare s. Barbaræ.* Nondum est consecratum.

8. Circa annum 1450 ad altare s. Barbaræ a communitate oppidi Holzkirchen fundatum fuit Beneficium, cujus instrumentum fundationis dicitur incendio periisse. De hoc tamen Beneficio fit mentio in veteri matricula his verbis: *In ecclesia Holzkirchen altare s. Barbaræ de præsentatione consulatus, ejusdem possessor*

---

*) VI. 63. **) V. 64.

***) Ueber den Markt Holzkirchen liefern Lipowsky's Nationalgarde-Almanach v. J. 1815 (S. 141) und v. Obernberg's Reisen durch den Isarkreis (I. 114—116) einige geschichtliche Nachrichten. D.

†) VI. 65.

D. Leonardus Offenhauser, valoris 40 flor. Hoc Beneficium, quod juxta acta tam in curia episcopali Frisingensi, quam metropolitica Salisburgensi manuale est, administratur a quodam cive in Holzkirchen, qui rationem dat in præsentia Abbatis Tegernseensis, Parochi in Grossen-Hartpehning, Beneficiati et vitricorum ecclesiæ*). Ex actis colligitur, ad hoc Beneficium pertinere 11 prædia in pago Sufferloch et unum in Perlach. Dantur Beneficiato annuatim ratione Beneficii 50 floreni. Item fruitur Beneficiatus uno agro et horto, et penes habitationem suam, quæ bona et commoda est et ab administratore Beneficii conservari debet, pariter est hortus pro usu et commodo Beneficiati. Beneficiatus legit et applicat hebdomadatim duo sacra. Abbas Tegernseensis pro hoc Beneficio manuali suscipit sacerdotem ad curam animarum aptum, quem postea sistit Episcopo Frisingensi, ratione adjunctæ Cooperaturæ ad curam animarum admittendum et approbandum. Modernus Beneficiatus et Cooperator in Holzkirchen est R. D. Casparus Strobel, ao. 1721 a supradicto Abbate ad hoc Beneficium susceptus et ad curam postea admissus. Dat ad seminarium episcopale 1 fl.**).

9. Divina hic fiunt per Beneficiatum tanquam Cooperatorem ordinarie in omnibus Dominicis et diebus festivis***). Dedicatio celebratur Dominica post festum Rosarii, patrocinium autem in festo s. Laurentii. — Baptisterium cum sacris oleis hic habetur. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia competenter provisa est paramentis. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum in Grossen-Hartpehning et Abbatem Tegernseensem tanquam Dominum oppidi Holzkirchen. Das Vermögen dieses Gottshauses ist aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Capella Bmæ Virginis in Holzkirchen.

10. Hæc capella, ao. 1640 ab incolis oppidi Holz-Kirchen ob pestem grassantem ex voto ædificata et ad ingressum oppidi sita, altare habet unicum, in honorem Bmæ Virginis et ss. Sebastiani et Leonardi consecratum†). Divina præter plures missas votivas hic peraguntur in dedicatione capellæ, quæ incidit in Dominicam post festum nativitatis B. M. V. Item infra octavas ss. Sebastiani et Leonardi solet hic celebrari missa. — Cœmeterium non adest nec propria sacristia, paramenta enim ex ecclesia s. Laurentii

*) VI. 66.

**) Außer diesem Curatbeneficium zur hl. Barbara besteht jetzt in Holzkirchen auch noch ein Frühmeßbeneficium, welches von dem Handelsherrn Georg Nockher von München am 13. Dec. 1755 gestiftet und am 19. Jan. 1756 von dem Fürstbischof Joh. Theodor bestätiget wurde. D.

***) VI. 67. †) VI. 68.

huc solent deferri. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus capellæ est penes eosdem, penes quos est cura ecclesiæ s. Laurentii in Holzkirchen. Das Vermögen dieser Capellen ist nit wüßlich aus Abgang der Rechnungs-Extracten.

Ecclesia filialis s. Andreæ in Saxenkhamb.

11. Ecclesiæ hujus structura inter rurales est notæ communis. Adsunt tria altaria: Altare majus*), consecratum in honorem s. Andreæ Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Joannis Baptistæ et altare ss. Joachim et Annæ.

Ad altare s. Joannis Bapt. a communitate hujus loci fundatum est Beneficium sex missarum hebdomadalium, de qua tamen fundatione non reperitur instrumentum**). Proventus hujus Beneficii, ex duobus prædiis, aliquibus censibus et decimis recipiendi, ultra 150 florenos parum conficient. Hinc juxta decretum de dato 13. Mart. 1687 obligatio sex hebdomadalium missarum ad tres missas hebdomadatim celebrandas reducta fuit usque dum fructus beneficiales augeantur. Domus beneficialis cum horto lignea et parum commendabilis structuræ est. Jus præsentandi ad hoc Beneficium habet illustrissimus Dominus Comes de Preysing in Reicherspeurn. Modernus Beneficiatus est R. D. Franciscus Blasius Dürr, ao. 1719 investitus. Dat pro primis fructibus quinque florenos et ad seminarium episcopale 1 fl. Cæteroquin iste Beneficiatus est etiam curatus***) in subsidium maxime Cooperatoris in Grossen-Hartpehning, de qua re videatur confirmata transactio de dato 22. Dec. 1735.

Divina præter missas beneficiales hic alias ordinarie peragi solent in Dominicis et diebus festivis alternative cum ecclesia filiali in Piesenkhamb. Festa solennia solent hic celebrari, exceptis festis Circumcisionis et ss. Trinitatis. Item hic celebrantur festa B^{mæ} Virginis, festa autem Apostolorum in Piesenkhamb. Item hic legitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum s. Matthæi, patrocinium vero in festo s. Andreæ Apostoli. — Item ad introitum hujus ecclesiæ junctum est *sacellum* cum una ara, in honorem et memoriam agoniæ Christi consecrata, in qua ex fundatione alicujus coloni leguntur per annum 6 missæ, et pro iis recipit Parochus sex florenos, uti habetur in actis visitalibus de anno 1707†). — Habetur etiam hic baptisterium cum sacris oleis, nec non cœmeterium cum ossuario et sepulturis. Sacristia competenter instructa est pa-

---

*) VI. 69.

**) Der Stiftungsbrief ist datirt vom Samstag vor dem Sonntage Jubilate des Jahres 1526. D.

***) VI. 70. †) VI. 71.

ramentis. Turris habet tres campanas benedictas. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum et Dominum hoffmarchialem in Reicherspeurn, qui est illustrissimus Dominus Comes de Preysing. Das Vermögen dieses Gottshauses solle diser Zeit gegen 2000 fl. betreffen.

Capella ss. Trinitatis extra pagum Saxenkhamb.

12. Capella hæc, extra pagum Saxenkhamb sita et ao. 1636 ædificata, habet altare unum, ss. Trinitati dicatum. Dedicatio hujus capellæ celebratur in Dominica ante festum ss. Trinitatis, et die Lunæ post idem festum celebratur titulare festum hujus capellæ*). — Cœmeterium et sacristia propria non adsunt. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus capellæ est eadem sicut ecclesiæ filialis in Saxenkhamb. Das Vermögen der Capellen wirdet diser Zeit gegen 1500 fl. ausmachen.

Capella s. Gregorii, vulgo Algau-Capelle.

13. Capella hæc, in colle inter arbores amœne sita cum eremitorio, altare habet unum, in honorem s. Gregorii Papæ consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica quarta post Pascha) et in festo s. Gregorii Papæ Magni. — Sacristia adest cum necessariis paramentis. Turris habet duas campanulas benedictas. Cœmeterium nullum hic habetur. — Proventus hujus capellæ sunt sub cura Parochi et Præfecti electoralis in Wolfratshausen**). Das völlige Vermögen dieser Capellen ist in letzter Rechnung in 1042 fl. 51 kr. 2 hl. bestandten.

Ecclesia filialis s. Udalrici in Thann.

14. Ecclesia novæ structuræ habet unum altare, in honorem s. Udalrici Episcopi ædificatum. Divina solent hic peragi in dedicatione (Dominica post festum s. Bartholomæi) et in festo patrocinii s. Udalrici. In festis, quæ vocantur die Nachfeyrtäg, divina solent annuatim alternari cum ecclesia Sufferloch. Item hic singulis angariis dicitur missa, uti habetur in actis visitalibus de ao. 1707. — Cœmeterium et sepultura non adsunt. In sacristia habentur paramenta necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et Præfectus electoralis in Wolfratshausen***). Das Vermögen dieses Gottshauses hat in letzter Rechnung 1331 fl. 44 kr. 4½ hl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Bartholomæi in Sufferloch.

15. Ecclesia hæc modicæ structuræ altaria habet tria: Altare

---

*) VI. 72. — Das Visitations-Protocoll v. J. 1707 enthält bezüglich des Kirchweih- und Patrociniumsfestes die nämlichen Angaben. D.

) VI. 73. *) VI. 74.

majus, consecratum in honorem s. Bartholomæi Apostoli et s. Gothardi, altare B^mæ Virginis et altare s. Floriani et Agathæ virginis martyris.

Divina hic fieri solent in dedicatione (Dominica quinta post Pascha) et in festo patrocinii s. Bartholomæi, in festo s. Gothardi, (die 4 Maji) et in festo s. Agathæ; item in festis, die Nachfeyrtäg nuncupatis, prout supra ad ecclesiam Thann notatum est*). Item juxta visitalia acta de ao. 1707 ex fundatione Domini Eberhardt Canonici Oettingani dicenda est hic missa angarialis. — Cœmeterium nullum adest. Sacristia instructa est paucis paramentis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus et Præfectus electoralis in Wolfratshausen. Das Vermögen dieses Gottshauses hat in letzter Rechnung 872 fl. 50 kr. 2¼ hl. betroffen.

Ecclesia filialis s. Jacobi in Piesenkhamb.

16. Ecclesia inter rurales communis notæ, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Jacobi Apostoli majoris, in quo asservatur Sanctissimum**), altare s. Gregorii Papæ et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic in Dominicis et diebus festivis ordinarie alternantur cum ecclesia filiali Saxenkhamb, ita tamen, ut supra ad ecclesiam Saxenkhamb notatum fuit, ubi videatur. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam II. post festum s. Rosarii, patrocinium vero ad festum s. Jacobi majoris Apostoli.

Anno 1477 et 1479 Sigismundus Risshamer, Parochus in Grossen-Hartpehning, vitrici et incolæ in Piesenkhamb ad altare s. Leonardi ex bonis hujus ecclesiæ et aliis eleemosynis fundaverunt Beneficium missæ quotidianæ, excepta una per hebdomadem die. Dederunt pro fundo den halben Thaill großen Zechents im Dorf Piesenkhamb, item den Bluetzechent allda, auch halben Thaill Haar- und Käs-Zechents; item einen Hof zu Helffendorf***) Ainger Pfarr, item einem Hof zu Leitzing, Khümbstorffer Pfarr, zwey Pfund jährlichen Gelts aus einem Haus zu Holzkirchen, einen Gulden Gilt aus einem Güetl zu Piesenkhamb, item einen Anger allda, item 60 dl. jährlich aus dem Stockh s. Jacobi-Kirchen allda, item eine Wohnbehausung daselbst, quæ habitatio Beneficiati satis honesta est. Integri proventus beneficiales censentur 200 florenos transcendere, pro quibus Beneficiatus, cum hodie juxta acta visitalia de ao. 1707 tertiam solum decimarum partem percipiat, legit tres missas hebdomadales. Jus præsentandi sacerdotem, qui nullo alio Beneficio provisus sit et missas ipse legat, pertinet ad

---

*) VI. 75. **) VI. 76. ***) VI. 77.

Abbatem et conventum Tegernseensem*). Modernus Beneficiatus est R. D. Bernardus Maurer, ao. 1715 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl.

Hic etiam asservatur aqua baptismalis cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt tres campanæ benedictæ**). Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi in Grossen-Hartpehning et Præfecti electoralis in Wolfratshausen. Das völlige Vermögen dieses Gottshauses ist in letzter Rechnung in 3817 fl. 52 kr. ¾ hl. bestanden.

---

§. 351.

Parochia s. Dionysii in Neukirchen***).

1. Hanc Parochiam, uti colligitur ex copia quadam Bullæ Pontificiæ et litterarum episcopalium, Paulus Episcopus Frisingensis de mandato Gregorii Papæ XI. et consensu capituli cathedralis Frisingensis ao. 1373 incorporavit monasterio Wejarnensi, ord. Canonicorum regularium, ita tamen, ut in ea perpetuus Vicarius institui et Episcopo a Præposito et conventu præsentari et ipsi congrua portio pro sustentatione sua permanere debeat. Id ipsum colligitur ex veteri matricula, eandem nempe Parochiam esse *pleno jure incorporatam et unitam monasterio Wejarn.* Hoc tempore hæc Parochia providetur per Vicarium regularem, ex memorato monasterio expositum, sicut etiam tempore erectæ veteris matriculæ providebatur. Modernus Vicarius parochialis est R. D. Floridus Sturmb, in monasterio Wejarnensi †) professus. De primis fructibus, an de hac Parochia unquam soluti fuerint, nihil constat.

2. Proventus hujus Parochiæ, uti colligitur ex actis visitalibus de ao. 1707, percipiuntur ex manso, ex tertia decimarum parte et stolæ accidentiis. Condecimat autem ecclesia parochialis integre apud aliquos colonos, nec non quoad aliquam partem capitulum

---

*) Gegenwärtig sind die Beneficien von Sachsenkam und Piesenkam ihrer geringen Erträgnisse wegen miteinander verbunden. D.

**) VI. 78.

***) VI. 79. — Vgl. §§. 391. 618. 692 und die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 201 — 206). Die Pfarrey Neukirchen erhielt bey ihrer Organisation nebst dem Pfarrer nur zwey Cooperatoren, obgleich deren drey unentbehrlich sind. Die Hauptfilialen sind Gotzing, Holzolling und Pienzenau. Die Filiale Mittenkirchen wurde von Neukirchen getrennt und der Pfarrey Weyarn beygelegt.

†) VI. 80. D.

Collegiatæ Monacensis. In veteri matricula de redditibus hujus Parochiæ ita legitur: *Item in fixis redditibus et institutione circiter 13 florenos tollit Præpositus dicti monasterii. Item in missis hebdomadalibus habet 26 β dl. etc. Item omnes majores decimas frumentorum valoris 40 flor. tollit Præpositus exceptis decimis 4 colonorum, quas ipse Provisor tollit valoris 1 flor.; minores similiter cedunt Provisori valoris 2 flor. etc. Confessionalia ad 5 flor., panes primitiales ad 4 flor.* Vicarius debet secum habere Cooperatorem, qui est defacto ex supradicto monasterio, et juxta veterem matriculam adfuerunt tunc duo Cooperatores, et vigore ejusdem matriculæ solvitur *Jägergelt Principi 2 flor., Vogtei Nobilibus Mächslrainer 3 Schäffel Waitzen et 5 β dl.* Dantur de hac Parochia ad episcopale*) seminarium 4 fl., cathedraticum 20 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 30 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis lignea et veteris structuræ est.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1316 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Neukirchen habet alias octo ecclesias filiales, nempe in Sondertilching, Hollzolling, Esterndorff, Mittenkirchen, Pruckh, Gotzing, Pienzenau et Reicherstorff, item capellam in arce Watterstorff.

4. Ecclesia parochialis communis et bonæ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Dionysii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare Bmæ Virginis et altare s. Catharinæ virginis martyris**).

Divina hic fiunt ordinarie duabus Dominicis et tertia in Reicherstorff. Item in plerisque festis exceptis festis Bmæ Virginis. In festo tamen purificationis et visitationis divina hic fiunt. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Dionysii, patrocinium vero in festo hujus Sancti (die 9 Oct.). — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est honestis paramentis. In turri sunt quatuor campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Præpositus Wejarnensis. Das völlige Vermögen dieses Pfarrgottshauses wirdet dieser Zeit über 400 fl. wenig betragen.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Sondertilching.

5. Ecclesia hæc modicæ structuræ habet altare unum, in honorem s. Michaelis consecratum***). Divina hic solent fieri in dedicatione (Dominica II post nativitatem Bmæ Virginis) et in festo patrocinii s. Michaelis Archangeli, item infra octavam Paschæ et Pentecostes et tempore confessionis paschalis. — Cœmeterium non adest nec sacristia, licet aliqua paramenta hic habeantur. In turri sunt

---

*) VI. 81. **) VI. 82. ***) VI. 83.

campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Præpositus Wejarnensis. Das Vermögen dieses Gottshauses wirdet khaum 120 fl. austragen.

Ecclesia filialis s. Martini in Holl-Zolling.

6. Ecclesia hæc recentioris structuræ altaria habet duo: Altare majus, consecratum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, et altare s. Sylvestri*). Divina hic solent fieri in omnibus Dominicis et diebus festivis, festis tamen Bmæ Virginis et aliis paucis exceptis, de qua re videri potest transactio de ao. 1660, authoritate ordinaria confirmata. Dedicatio incidit in Dominicam quartam post Pentecosten. Patrocinium celebratur in festo s. Martini Episcopi. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta honesta. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Præpositus Wejarnensis. Das Vermögen dieses Gottshauses wirdet dieser Zeit gegen 250 fl. sich belauffen.

*Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Esterndorff***).*

7. Ecclesia hæc pulchre reparata, altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis, et altare s. Joannis Baptistæ. Divina hic solent peragi in festis Bmæ Virginis et s. Joannis Baptistæ. Dedicatio incidit in Dominicam ante nativitatem Bmæ Virginis. Videatur supracitata ad ecclesiam in Hollzolling transactio de ao. 1660. — Cœmeterium nullum adest. Sacristia habet paramenta necessaria et in turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Præpositus Wejarensis habet curam proventuum hujus ecclesiæ. Das Vermögen dieses Gottshauses solle dieser Zeit gegen 550 fl. ausmachen.

*Ecclesia filialis s. Viti in Mittenkirchen****).*

8. Ecclesia exiguæ structuræ unum tenet altare, in honorem s. Viti martyris consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione (die 4. Julii) et in festo patrocinii s. Viti. — Cœmeterium non adest nec propria sacristia. Paramenta adsunt pro necessitate. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ pariter curat Præpositus Wejarnensis. Das Vermögen dieses Gotteshauses wirdet dieser Zeit gegen 250 fl. sich belauffen.

---

*) VI. 84. **) VI. 85.

***) VI. 86. — Mittenkirchen gehört jetzt zur Pfarrey Weyarn. Die Kirche (vielmehr Capelle) daselbst ist am 17. Jun. 1504 oder nach Angabe der Pfarrbeschreibung v. J. 1817 am 16. Jun. 1506 von dem freysingischen Weihbischofe (Episcopo Salonensi) Math. Schach, welcher als Prior des Karthäuserklosters zu Prüel bey Regensburg d. 5. Nov. 1515 starb, consecrirt worden. D.

Ecclesia filialis s. Ruperti in Pruckh.

9. Ecclesia hæc veteris et firmæ structuræ habet altare unum, in honorem s. Ruperti Episcopi consecratum. Divina hic solent peragi in dedicatione (die 24. Sept.) et in festo patrocinii s. Ruperti Episcopi. — Cœmeterium et sacristia non adsunt*). Paramenta hic habentur necessaria. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Hujus ecclesiæ redditus etiam administrat Præpositus Wejarnensis. Das Vermögen dieses Gottshauses solle dermahlen gegen 400 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Jacobi in Gotzing.

10. Ecclesia hæc vilioris notæ et reparatione indigens altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Jacobi majoris Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Erasmi et Wolfgangi, et altare s. Margaritæ virginis martyris. Divina hic fiunt ordinarie in tertia Dominica, in festo inventionis s. Crucis et in aliquibus aliis festis per annum. Item hic dicuntur sex missæ menstruæ**). Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Jacobi majoris Apostoli. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum sacris oleis. Sacristia provisa est paramentis competenter. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ pariter sicut omnes hujus Parochiæ ecclesias administrat Præpositus Wejarnensis. Das Vermögen dieses Gottshauses wirdet dermahlen kaum 100 fl. erraichen.

Ecclesia filialis s. Georgii in Klein-Pienzenau.

11. Ecclesia reædificata et melioris structuræ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ Virginis et altare s. Sebastiani martyris***). — Divina hic ordinarie fiunt duabus Dominicis et tertia in Gotzing, item hic in plerisque festis per annum. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Laurentii. Patrocinium celebratur in festo s. Georgii martyris. Asservantur etiam hic olea sacra cum aqua baptismali. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet competentia paramenta et turris tres campanas benedictas. Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Præpositi Wejarnensis. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet diser Zeit über 200 fl. wenig betreffen.

Ecclesia filialis s. Leonardi in Reicherstorff.

12. Ecclesia inter rurales melioris formæ tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Leonardi Abbatis, in quo

*) VI. 87. **) VI. 88. ***) VI. 89.

asservatur Sanctissimum*), altare s. Achatii et altare s. Barbaræ, ad quod antiquitus authoritate ordinaria introducta existit *confraternitas* s. Barbaræ virginis martyris, cujus Præses est Vicarius parochialis in Neukirchen, administratio autem est penes Præpositum Wejarnensem.

Divina solent hic ordinarie peragi in tertia Dominica et in festis B^mæ Virginis, exceptis festis purificationis, visitationis et præsentationis. Dedicatio incidit in Dominicam post festum s. Bartholomæi, patrocinium autem ad festum s. Leonardi Abbatis. — Asservantur hic sacra olea et aqua baptismalis. Cœmeterium adest cum sepulturis et ossuario. Sacristia habet paramenta competentia. In turri sunt tres benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ etiam sunt sub cura Præpositi Wejarnensis. Das Vermögen dieses Gottshauses solle dieser Zeit gegen 300 fl. betragen**).

Capella filialis in arce Watterstorff.

13. In arce Watterstorff nunc illustrissimi Domini Comitis de Lamberg est capella cum uno altari, Transfigurationi Domini dicato. Divina fiunt in dedicatione (Dominica post festum s. Matthæi) et in festo Transfigurationis Domini. Item ex fundatione familiæ Barthianae per Canonicos regulares Wejarnenses dicenda est missa hebdomadalis. Sacristia adest paramentis bene instructa. In turri sunt campanæ duæ benedictæ.

---

§. 352.

Parochia s. Georgii in Osterwarngau***).

1. Hæc Parochia, an censeatur de libera collatione et plena dispositione Episcopi Frisingensis, vel in alternis mensibus etiam de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ, in controversia fuit, uti habetur ex libro investiturarum de ao. 1580. Successive ao. 1596 eadem Parochia ad humiles preces Caspari Præpositi et conventus Wejarnensis intuitu paupertatis fuit collata eidem monasterio Wejarnensi, ad revocationem tamen et juxta alias clausulas in reversalibus sub dato 13. Julii 1596 expeditis contentas. Extat inscriptio, portæ ecclesiæ parochialis adjecta, quæ dicit hanc Paro-

*) VI. 90. **) VI. 91.

***) VI. 93. — Vgl. §§. 392. 619. 692 und die tabellarische Diöcesanbeschreibung (S. 207 u. 208). Die jetzt organisirte Pfarrey Osterwarngau hat zwey Cooperatoren, deren einer als Expositus zu Föching, der andere in gleicher Eigenschaft zu Oberdarching wohnt. D.

chiam ao. 1639 monasterio Wejarnensi fuisse incorporatam. Porro hoc tempore hæc Parochia providetur per Vicarium, nempe Canonicum regularem in memorato monasterio professum, ab Ordinario ad curam approbandum et admittendum*). Modernus Vicarius parochialis est R. D. Lætus Ecker, ao. 1738 admissus. Antiquitus de hac Parochia pro primis fructibus dati sunt 22 floreni.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula de illis legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione 6 flor. 3 β dl. Ex missis hebdomadalibus 19 ℔ dl. et iterum ex una missa hebdomadali in dicto sacello* (in Osterwarngau) *Beatæ Virginis celebranda 12 β dl. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 30 flor., minores ad 2 flor. etc. In confessionalibus habet circiter 2 ℔ dl., stolam et panes primitiales æstimat ad 2 flor.* Consistunt autem decimæ, quibus Parochus fruitur, potissimum in tertia parte. Condecimant pro duabus partibus, et quidem in Osterwarngau et Schmidhaimb illustrissimus Dominus Comes de Tattenbach in Falley; in Fœching monasterium Wejarnense; in Fellach monasterium Tegernsee; in Roggerstorff Collegiata s. Andreæ in monte Frisingensi; in Laindern**) ecclesia filialis ibidem; in Oberdarching decimæ partim spectant ad Collegiatam B^mæ Virginis Monachii, partim ad comitatum Falley, partim ad arcem Wildenholzen, partim ad monasterium Wejarnense, tertia tamen parte ubique spectante ad Parochum in Osterwarngau. Integri proventus hujus Parochiæ creduntur melioribus annis ascendere ad 800 florenos et ultra. Dantur de hac Parochia juxta veterem matriculam *Jägergelt 2 ℔ dl., Vogtey 1 ℔ dl. ad Monachium.* Juxta veterem matriculam Parochus habuit secum Cooperatorem et Sacellanum; nunc vi decreti de dato 30. Apr. 1732 Cooperator, qui est in rememorato monasterio Wejarnensi professus, est expositus et habitat in Fœching, alter autem Sacellanus ex eodem monasterio habitat cum Vicario parochiali in Osterwarngau. Dantur de hac Parochia ad episcopale seminarium 3 flor., cathedraticum 20 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 30 kr. — Domus parochialis ampla novæ et commodæ est structuræ***).

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1156 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Osterwarngau habet alias ecclesias filiales septem, nempe B^mæ Virginis in Osterwarngau, in Laindern, Oberdarching, Fœching, Fellach, Roggerstorff et Schmidhaimb.

4. Ecclesia parochialis communis inter rurales structuræ est. Adsunt tria altaria: Altare majus est dedicatum in honorem s. Georgii martyris, de cujus ossibus hic colitur particula. Hic as-

*) VI. 94. **) VI. 95. ***) VI. 96.

servatur Sanctissimum. — Altare B^mæ Virginis et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus Dominicis et diebus festivis, exceptis festis B^mæ Virginis et dedicationibus ac patrociniis ecclesiarum filialium. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis et patrocinium in festo s. Georgii martyris *). — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia et turris duas benedictas campanas. — Proventuum hujus ecclesiæ curam gerit Præpositus in Wejarn. Das Vermögen dieses Gottshauses solle der Zeit gegen 600 fl. betreffen.

Ecclesia filialis B^mæ Virginis in Oster-Warngau.

5. Ecclesia hæc amplæ et firmæ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem B^mæ Virginis, cujus statua jam ab antiquo tempore beneficiis claret et processionibus visitatur, altare s. Jacobi Apostoli et altare s. Christophori martyris **).

Divina hic fiunt in festis B^mæ Virginis, item in festis circumcisionis, s. Pauli conversi, Josephi, feria II. Paschatis et Pentecostes, s. Bennonis, Magdalenæ, Wolfgangi. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Galli. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet decentia paramenta et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Præpositus Wejarnensis. Das Vermögen dieses Gottshauses ist eingeschlossen in dem Vermögen und der Rechnung der Pfarrkirchen.

Ecclesia filialis s. Sebastiani in Schmidhaimb.

6. Ecclesia recenter ampliata habet altare unum, in honorem s. Sebastiani martyris dedicatum. — Divina hic fiunt in festo dedicationis (Dominica post festum s. Udalrici) et in festo patrocinii s. Sebastiani martyris ***). — Cœmeterium nullum adest nec sacristia. Paramenta adsunt aliqua, et turris habet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ modicos curat pariter Præpositus Wejarnensis. Das Vermögen dieses Gottshauses wirdet dieser Zeit kaum in 20 fl. bestehen.

Ecclesia filialis s. Martini in Fellach †).

7. Ecclesia hæc recenter et pulchre reædificata, nondum consecrata, altare habet unum, in honorem s. Martini Episcopi dedicatum. Divina hic fiunt in quinque Dominicis per annum, item in festo inventionis s. Crucis et s. Martini. Dedicatio hactenus semper celebrata fuit in Dominica post festum inventionis s. Crucis. —

*) VI. 97. **) VI. 98. ***) VI. 99.

†) Fellach gehört jetzt zur organisirten Expositur Föching. D.

Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria et turris campanas duas benedictas. — Proventus*) hujus ecclesiæ sunt etiam sub cura Præpositi Wejarnensis. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet diser Zeit nach dessen neuem Bau in nichten mehr bestehen.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Ober-Darching.

8. Ecclesia inter rurales melioris structuræ, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Sebastiani martyris et altare s. Viti martyris.

Divina hic ordinarie peragi solent in Dominicis et diebus festivis, exceptis iis, quæ infra notantur ad ecclesiam in Laindern. Dedicatio et patrocinium coincidunt in festo s. Michaelis**). — Asservatur hic aqua baptismalis cum sacris oleis. Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia instructa est paramentis competentibus. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Præpositus Wejarnensis. Das Vermögen dieses Gottshauses mechte dieser Zeit gegen 300 fl. sich erstreckhen.

*Ecclesia filialis s. Corbiniani in Laindern****).*

9. Ecclesia hæc renovatæ formæ altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Corbiniani Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, et altare s. Sylvestri †).

Divina hic peraguntur in quinque Dominicis per annum et festis visitationis et præsentationis B^mæ Virginis. Dedicatio celebratur die 20. Nov., patrocinium vero in festo s. Corbiniani Episcopi. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum applicatione pro fundatoribus. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis, item baptisterium cum sacris oleis. Sacristia habet paramenta competentia et turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Præpositi Wejarnensis. Das Vermögen dises Gottshauses solle der Zeit über 600 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Joannis Bapt. in Fœching ††).

10. Ecclesia hæc, insignis inter rurales structuræ, altaria habet tria: *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ. Hic asservatur Sanctissimum, et in eodem altari residens B^mæ Virginis statua jam ab anno 1647, ubi authoritate episcopali venerationi exposita fuit, miraculis et beneficiis celebris est et mul-

*) VI. 100. **) VI. 101.

***) Laindern ist jetzt eine Nebenfiliale der organisirten Expositur Oberdarching. D.

†) VI. 102. ††) VI. 103.

tis publicis processionibus visitatur. — *Altare s. Catharinæ virginis martyris et altare s. Antonii de Padua.*

Divina hic solent peragi per Cooperatorem, in ædibus satis commodis hic habitantem et expositum, in singulis ferme diebus dominicis per annum, paucis exceptis; item in festis B[mæ] Virginis. Dedicatio hic celebratur in Dominica ante nativitatem B[mæ] Virginis, patrocinium autem in festo s. Joannis Baptistæ*). — Baptisterium hic quoque habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta satis decora. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Præpositus Wejarnensis. Das Vermögen dieses Gottshauses wirdet dieser Zeit 400 fl. nit erreichen.

*Ecclesia filialis s. Margaritæ in Roggerstorff***).*

11. Ecclesia hæc, inter rurales communis notæ, aram habet unam, in honorem s. Margaritæ virginis martyris dedicatam. Divina hic peraguntur in dedicatione (Dominica ante festum s. Laurentii) et in festo patrocinii s. Margaritæ virginis martyris, item bis infra octavam Corporis Christi et die Lunæ post dedicationem ac in festo s. Dionysii***). — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia necessaria habet paramenta et turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Præpositi Wejarnensis. Das Vermögen dieses Gottshauses wirdet diser Zeit über 200 fl. sich nit erstreckhen.

---

§. 353.

Parochia s. Laurentii in Parsperg †).

1. Ordinariatus Frisingensis est in possessione conferendi hanc Parochiam libere in omni mense, etiamsi tam ex parte Serenissimæ

---

*) VI. 104.

**) Roggersdorf ist bey der Organisation der Pfarrey Osterwarngau der Expositur Föching als Nebenfiliale zugetheilt worden. D.

***) VI. 105.

†) VI. 107. — Vgl. §§. 91. n. II. 390. 620. 692, die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 198 — 201), Jos. v. Obernbergs die Reformation in der Herrschaft Waldeck (München 1805. 8.); desselben Reisen (I. 189 — 204) und desselben Denkwürdigkeiten der Burgen Miesbach und Wallenburg, so wie des alten Pfarrdorfes Pastberg. (Münch. 1831. 8), v. Hefners Tegernsee und seine Umgegend (S. 138 — 140) ꝛc. — Das in Miesbach bestandene Priesterhaus wurde

Domus Bavaricæ, quam etiam illustrissimi Joannis Josephi Comitis de Hochen-Waldeckh et Maxlrain voluerit evinci, eandem Parochiam esse de illis, quæ sunt sub alternatione (vulgo eine Wechsel-Pfarr). — Modernus Parochus est R. D. Christophorus Thomas Prix, ao. 1737 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula de his legitur: *Item habet in fixis redditibus ex institutione 24 flor. Confessionalia ad 7 flor., panes primitiales ad 3 flor.* Item adest ein Widenguet, auf dem Windel genannt. Decimas colligit Parochus*) communiter tertiam partem in tota Parochia, apud aliquos tamen colonos colligit integras decimas. Condecimat autem Dominus comitatus Hochenwaldeckh, quem tenuit illustrissima familia Comitum de Maxlrain, quæ tamen per obitum supradicti Joannis Josephi Comitis in hæredibus masculis extincta est, et dictus comitatus transit ad Serenissimam electoralem Domum Bavaricam. Item decimat Collegiata B^mæ^ Virginis Monachii. In ecclesia filiali B^mæ^ Virginis in oppido Miespach adest Primissaria, de qua in antiqua matricula legitur: *Item habet unum Cooperatorem et Primissariam in Miespach. Primissaria est de præsentatione Domini et communitatis ibidem.* Instrumentum fundationis de hac Primissaria non adest, colligitur tamen, eam fuisse fundatam a Domino et communitate in Miespach. Reperitur in libris investiturarum, a Domino de Maxlrain ao. 1625 ultimo fuisse præsentatum et investitum proprium Primissarium**); ab illo autem tempore Primissaria, cujus particulares redditus ex decimis et aliquibus fundis ad 120 florenos circiter ascendent, fuit conjuncta cum Parochia. Integri proventus Parochiæ juncta Primissaria melioribus annis censentur æquare 1000 florenos. Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem et ratione dictæ Primissariæ etiam alium sacerdotem seu Provisorem. Item juxta veterem matriculam tenetur præstare *Jägergelt Principi 2 flor. et 2 (fl.) Maxlrainer. Item Vogtey Abbati in Scheurn 1 ℔ dl.* — Parochus habitat in oppido Miespach in ædibus prope ecclesiam sitis, parum commodis et olim, uti dicunt acta visitalia de ao. 1707, pro habitatione Cooperatoris destinatis vel forte potius ad Primissariam spectantibus***). Dantur de hac Parochia ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 20 kr.

---

i. J. 1807 aufgehoben und der Fond desselben zur Dotation einer zweyten Hülfspriesterstelle für den Markt Miesbach bestimmt. — Auf die Pfarrey Miesbach üben nunmehr Se. Kgl. Maj. in jedem zweyten Erledigungsfalle das Präsentationsrecht aus. D.

*) VI. 108. **) VI. 109.

***) Im Pfarrhofe zu Miesbach wohnen jetzt auch die beyden Coadjutoren; der Cooperator ist in Parsberg exponirt. D.

et ad fabricam ecclesiæ cathedralis 30 kr. — Domus parochialis cum pertinentiis, in qua nunc habitat Cooperator cum familia œconomica, totaliter ruinosa est et*) reædificatione indiget.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1600 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Parsperg habet aliam ecclesiam filialem in oppido Miespach et duas capellas, unam Portiunculæ nuncupatam ad oppidum Miespach, et alteram in arce Wallenburg.

4. Ecclesia parochialis satis pulchra est et tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Laurentii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Emmerami, Nicolai et Wolfgangi et altare s. Sebastiani martyris.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis et festivis. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Aegidii, patrocinium autem in festo s. Laurentii martyris. — Baptisterium**) hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia est competenter instructa paramentis. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et Præfectus comitatus Hochen-Waldeckh. Das Vermögen dieses Pfarr-Gottshauses ist aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit fundbahr.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in oppido Miespach.

5. Ecclesia hæc insignis et elegantis structuræ altaria habet quinque:

Altare majus est dedicatum in honorem Bmæ Virginis assumptæ, cujus statua beneficiis et miraculis clarescit et publicis processionibus visitatur. In eodem altari asservatur Sanctissimum et instituta est *confraternitas* de agonia Christi, ratione cujus***) idem altare privilegiatum est singulis feriis tertiis et ipsa confraternitas administratur a Parocho. Item hic colitur particula de s. Cruce et de capillis Bmæ Virginis. Idem altare privilegiatum est diebus Sabbati generaliter pro defunctis. — *Altare s. Crucis* est privilegiatum singulis diebus Lunæ ratione confraternitatis Matris dolorosæ, quæ regitur per proprium magistratum. — *Altare s. Annæ.* — *Altare s. Francisci Seraphici* est etiam privilegiatum feriis secundis ratione confraternitatis s. Francisci Seraphici hic institutæ, quæ regitur per Parochum. — *Altare s. Mauri* martyris est necdum consecratum, in eo tamen quiescit corpus s. Mauri martyris (propr. nom.).

Divina †) in hac ecclesia peraguntur ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur in Dominica post

---

*) VI. 110. **) VI. 111. ***) VI. 112. †) VI. 113.

assumptionem B[mæ] Virginis, patrocinium vero in ipso festo assumptionis. Item diebus dominicis ac festivis hic dicitur missa matutinalis ratione Beneficii der Fruehmeß, de quo supra dictum est. — Baptisterium etiam hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium quoque cum ossuario et sepulturis, et in hac ecclesia videntur sepulturæ Comitum de Hochen-Waldeckh et Maxlrain. Sacristia tenet paramenta valde decora. In turri sunt quatuor campanæ benedictæ. Cæteroquin de domo s. Petri, in oppido Miespach erecta, videatur in primo volumine fol. 661 (§. 91. n. II.). — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et Præfectus comitatus Hochen-Waldeckh. Das Vermögen dieses*) Gottshauses ist aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Capella filialis B[mæ] Virginis de Portiuncula.

6. Capella hæc octangula et pulchra altare habet unum, in honorem s. Francisci dedicatum.

Anno 1659 ex ultima dispositione illustrissimi Domini Wilhelmi Comitis de Hochenwaldeckh et Maxlrain fundatum et authoritate ordinaria confirmatum fuit Beneficium trium missarum hebdomadalium, in altari hujus capellæ celebrandarum. Pro fundo assignata fuit summa capitalis 5000 florenorum, de quorum annuo censu Beneficiatus recipit 200 florenos, de residuo censu satisfit capellæ pro paramentis et æedituo. Quid de Beneficiati habitatione, horto etc. pactum sit, videatur in episcopali**) confirmatione de dato 15. Maji 1659 et 21 Nov. 1724. Jus præsentandi ad hoc Beneficium exercuit hactenus illustrissimus Comes de Hochenwaldeckh et Maxlrain, quæ tamen familia nunc in hæredibus masculis extincta est. Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Benedictus Strassmayr, ao. 1734 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl.***).

Dedicatio hujus capellæ celebratur in Dominica post festum Portiunculæ, patrocinium autem in ipso hoc festo. — Cœmeterium aut sepulturæ non adsunt. Sacristia provisa est paramentis sufficientibus et in turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus capellæ curantur a Parocho et Domino in Miespach. Das Vermögen dieser Capellen†) ist aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

---

*) VI. 114. **) VI. 115.

***) Seit dem Jahre 1789 ist dieses Maxlrainische Beneficium in der Portiuncula-Capelle unbesetzt. Die gestifteten Messen werden von den Pfarrgeistlichen gelesen und die sich ergebenden Rentenüberschüsse, welche bisher dem Schullehrer in Miesbach zuflossen, nunmehr zur Wiederaufbesserung des Beneficialfondes admassirt. D.

†) VI. 116.

Capella filialis ss. trium Regum in castro Wallenburg.

7. Capella hæc, in castro Wallenburg sita, habet unum altare, quod juxta veterem matriculam censetur in honorem ss. trium Regum esse consecratum, licet communiter altare Bmæ Virginis nuncupetur. In veteri matricula legitur: *Sacellum trium Regum in arce Wallenberg, quod habet proprium Sacellanum ad voluntatem Maxlrainer suscipiendum.* Dedicatio hujus capellæ, quæ conservatur a Domino arcis, incidit in Dominicam post festum s. Martini. Capella provisa est paramentis sufficienter et in turri habentur duæ campanæ benedictæ *).

Capella filialis in cœmeterio exteriori prope Miespach.

8. Hæc capella in exteriori cœmeterio, ab Ottilia Christiana Weinziehrlin vidua noviter exstructa, habet unum altare necdum consecratum, in quo concessum est aliquoties per annum super portatili celebrare missas.

---

§. 354.

Parochia s. Sixti in Schliersee**).

1. Hanc Parochiam antiqua matricula adscribit Decanatui rurali Aiblingano. Eadem Parochia incorporata est insigni Collegiatæ Bmæ Virginis Monachii, cujus capitulum Episcopo Frisingensi præsentat Vicarium parochialem ad curam admittendum et perpetuandum. Qualiter autem Collegiata s. Sixti in Schliersee fuerit translata ad ecclesiam Bmæ Virginis in urbe Monacensi, videatur in primo volumine fol. 231. (§. 19. n. 1.). — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Sebastianus Eherhoffer, ao. 1729 admissus et perpetuatus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex decimis et stola. De his legitur in veteri matricula: *Item in missis hebdomadalibus et anniversariis fundatis 12 flor. Item omnes decimas frumento-*

---

*) VI. 117.

**) VI. 119. — Vgl. §. 19. 395. 646. 692, die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 209 — 212), das Ulmer-geographische Lexikon v. Bayern, Adolph v. Schaden's Beschreibung des Tegern- und Schliersees ꝛc. (Münch. 1838), v. Obernberg's Geschichte der Ortschaften in der Pfarrey Schliersee, abgedr. im oberb. Archiv (II. 281 — 338 u. III. 110 — 113) und desselben Abhandlung über das Stift Schliers (München 1804). — Das Beneficium zu Schliersee ist dem Pfarrer gegen die Verbindlichkeit, einen Hülfspriester zu halten, beygelegt. D.

rum, quas ipse (Vicarius) *colligere**) *habet, æstimat ad 4 flor. inclusis minoribus, confessionalia ad 4 flor. Item panes primitiales æstimat ad 3 flor. Item ex misssa D. Catharinæ 15 ℔ et 66 dl.* Hodie Vicarius parochialis recipit suam congruam a capitulo Collegiatæ Monacensis, et quidem in parata pecunia 110 florenos, et de sex colonis recipit decimas majores, et de lino gaudet decimis per totam Parochiam, item de pullis et anseribus, præter alia emolumenta, quæ recipit ab ecclesiis hujus Parochiæ ob particulares functiones. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis ad 500 florenos poterunt ascendere. Vicarius parochialis communiter solet secum habere Provisorem. In veteri matricula legitur: *Item habet Capellanum, cui dat tabulam et 10 florenos, habitat secum in dote. Item æditui 1 fl. et 31 dl., item diebus festis Capellanis prandia.* In supplementum etiam Vicarii et dependenter ab isto curam animarum in Schliersee Beneficiatus ibidem agit. Ad seminarium episcopale dat Vicarius 3 fl., cathedraticum 20 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 30 kr.**) — Domus parochialis ampla et pulchra conservatur a capitulo supradictæ Collegiatæ Monacensis.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1120 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Schliersee habet alias quatuor ecclesias filiales et capellam s. Nicolai in cœmeterio.

4. Ecclesia parochialis, olim collegiata, ample et eleganter reædificata, altaria habet octo: *Altare majus* est consecratum in honorem s. Sixti Pontificis martyris. In eo asservatur Sanctissimum. — *Altare s. Crucis* est privilegiatum pro feria sexta ratione *confraternitatis*, quam vi instrumenti confirmationis de dato 14 Sept. 1719 sub titulo Christi in cruce agonizantis dotavit Joannes Mair Beneficiatus hic loci et regit proprius magistratus. In hoc altari colitur etiam particula de s. Cruce***). — *Altare B^mæ Virginis,* cujus statua hic beneficiis celebris est. — *Altare s. Magdalenæ. — Altare s. Catharinæ. — Altare ss. Joannis Baptistæ et Evangelistæ. — Altare ss. 14 Auxiliatorum et altare s. Annæ.*

5. Ad altaria ss. Magdalenæ et Catharinæ sunt duo Beneficia antiquitus a Comitibus de Hochenwaldeckh fundata. Ea defacto administrat capitulum Collegiatæ Monacensis et de bonis ad has fundationes destinatis dat Beneficiato annuos 200 florenos, et domum beneficialem in bono statu conservat. Est autem Beneficiatus in supplementum Parochi et dependenter ab ipso curatus et celebrat in ara s. Magdalenæ duas missas hebdomadales et totidem in ara s. Catharinæ †). Beneficiatus præsentatur a capitulo supra-

---

*) VI. 120. **) VI. 121. ***) VI. 122. †) VI. 123.

dicto pro admissione et approbatione ad curam. Modernus Beneficiatus est R. D. Wolfgangus Andreas Kurz, ao. 1734 admissus. Non dat primos fructus, bene vero jura cancellariæ 6 fl. 45 kr. Solvit ad episcopale seminarium 1 fl.

6. Divina hic fiunt in festo B^mæ^ Virginis, ss. Josephi, Stephani, Joannis Evangelistæ, Bennonis, Nicolai, in nocte natalis Domini, in Dominica palmarum, die Parasceves et in Dominica in albis. Dedicatio celebratur in Dominica post festum nativitatis B^mæ^ Virginis, patrocinium vero in festo s. Sixti Pontificis martyris. Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis, et in ecclesia hac præcipuæ sunt sepulturæ Comitum de Hochenwaldeckh. Sacristia tenet paramenta decentia et turris campanas sex benedictas. Curam proventuum hujus Parochiæ gerit Dominus comitatus Hochenwaldeckh, qui defacto est Serenissimus Elector Bavariæ*). Das Vermögen dieses Gottshauses ist aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Capella s. Nicolai in cœmeterio.

7. Capella hæc sita est ad ingressum cœmeterii ecclesiæ parochialis et agit hodie etiam vices ossuarii. Adest altare unum, in honorem s. Nicolai Episcopi consecratum, in quo subinde sacrificatur. Sacristia non adest. Paramenta sumuntur ex ecclesia parochiali. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. Non solent amplius in hac capella celebrari divina in dedicatione, quæ alias incideret ad Dominicam in albis, neque in patrocinio s. Nicolai Episcopi, sed illa festa celebrantur in ecclesia parochiali. Proventus hujus capellæ sunt sub eadem cura, sub qua est ecclesia parochialis, a qua hæc capella conservanda est**).

Ecclesia filialis s. Georgii prope Schliersee.

8. Hæc ecclesia modicæ structuræ, in monte ad pagum Schliersee sita, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, altare omnium Sanctorum et altare s. Leonardi.

Divina præter plura per annum sacra votiva fiunt in dedicatione, feria secunda rogationum et in festo s. Georgii martyris. — Cœmeterium et sacristia non adsunt. Paramenta sumuntur ex ecclesia parochiali, cui etiam proventus hujus ecclesiæ cedunt. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. In hac ecclesia conspicitur sepultura illustrissimi Domini Comitis Ludovici de Hochen-Waldeckh***). Cæteroquin hæc ecclesia conservatur a parochiali, quarum proventus sunt sub una administratione.

---

*) VI. 124. **) VI. 125. ***) VI. 126.

Ecclesia filialis s. Leonardi in Vischhausen.

9. Ecclesia hæc amœnæ structuræ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Leonardi, altare B^mæ Virginis et altare s. Floriani martyris.

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Jacobi, et in festo patrocinii s. Leonardi Abbatis. Fiunt etiam plura hic per annum sacra votiva. — Cœmeterium non adest. Sacristia tenet paramenta sufficientia*). — In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis et Domini arcis Maxlrain. Das Vermögen ist aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Agathæ in Agaths-Riedt.

10. Ecclesia hæc melioris inter rurales et firmæ structuræ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Agathæ virginis martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Jacobi Apostoli et altare s. Ursulæ virginis martyris.

Divina hic fiunt ordinarie tertia Dominica, item in nativitate Domini ad auroram**), in feria II. Paschatis et Pentecostes et in festis s. Jacobi Apostoli, ss. Simonis et Judæ Apostolorum, translationis s. Corbiniani. Item hic dicenda est missa hebdomadalis die ad libitum, wann anderst in der Wochen kein Feyertag einfallet, oder nit etwann eine Besingnuß oder Jahrtag celebriret wirdet, uti sonat reductio authoritate ordinaria facta de dato 26. Febr. 1712, pro qua Vicarius parochialis recipit circiter 16 fl. 46 kr. 1 hl. et ipsa missa pro fundatorum intentione aut pro parochianis applicanda est. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam ante festum Pentecostes, patrocinium vero celebratur in festo s. Agathæ virginis martyris. Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia tenet paramenta competentia et turris tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura***) Vicarii parochialis et Judicis in Schliersee, des Maxlrainischen Vogt-Richters allda. Das Vermögen dieses Gottshauses ist wegen Abgang der Rechnungs-Extracten nit fundbahr.

Ecclesia filialis s. Martini in Westenhoffen.

11. Hæc ecclesia, noviter et belle reædificata, necdum consecrata, vocatur vulgo parochialis, qualis forte erat ante translationem Collegiatæ Schlierseensis, in veteri autem matricula reputatur inter filiales. Altaria tria habet: Altare majus, dedicatum in ho-

---

*) VI. 127. **) VI. 128. ***) VI. 129.

norem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Crucis et altare B^mæ Virginis.

Divina hic fiunt in duabus successive Dominicis et tertia in Agaths-Riedt, item in*) aliis festis per annum, exceptis illis, quæ supra ad alias ecclesias filiales sunt notata. Item juxta reductionem de dato 26 Febr. 1712 die Veneris dicenda et ad intentionem fundatorum, si quæ etc. aut pro populo applicanda est missa hebdomadalis, pro qua recipit Vicarius parochialis 1 fl. 34 kr. 1 dl. Dedicatio hucusque fuit celebrata Dominica post festum s. Michaelis. Patrocinium incidit ad festum s. Martini Episcopi. — Cœmeterium hic adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia decenter instructa est paramentis. In turri sunt benedictæ tres campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis et Præfectus comitatus Hochen-Waldeckh. Das Vermögen dieses Gottshauses ist auch nit wüßlich, weillen von allen Gottshäusern der Pfarr Schliersee von einigen Jahren hero die Rechnungs-Exträct ermanglen**). — Cæteroquin in hac ecclesia habetur aliqua *confraternitas* seu potius confœderatio pro defunctis, de cujus initio et dotatione nihil amplius constat. Administratio ejusdem est ab immemoriali tempore penes Vicarium parochialem, Beneficiatum in Schliersee et quendam de communitate, qui dicitur Bruedermaister.

---

§. 355.

Parochia ss. Petri et Pauli in Wejarn***).

1. Hæc Parochia providetur per unum ex Canonicis regularibus monasterii Wejarnensis, quem constituit Præpositus ibidem. — Communicantes hujus Parochiæ novissime 130 numerati sunt. — Ecclesia monasterii est simul parochialis, in qua etiam baptisterium. Ecclesiæ descriptio reperitur in primo volumine fol. 395 (§. 93).

Capella filialis B^mæ Virginis in Wejarn.

2. Hujus capellæ descriptio pariter invenitur in primo volumine fol. 397. Sub hac tamen capella est etiam crypta, unam habens aram, in honorem s. Marci Evangelistæ consecratam, in cujus fe-

---

*) VI. 130. **) VI. 131.

***) VI. 133. — Vgl. die tabellarische Diöcesanbeschr. S. 215. — Die Pfarrey Weyarn erhielt bey ihrer Organisation auch eine Filiale, indem ihr Mittenkirchen aus der Pfarrey Neukirchen zugetheilt wurde. D.

sto solet hic celebrari missa. Adest etiam sacristia aliquibus paramentis instructa. In turri sunt duæ campanæ benedictæ *).

Capella s. Jacobi Apostoli.

3. Capella hæc pariter describitur in volumine primo fol. 397. Adest in ea alterum altare, Christo crucifixo sacrum, et inter hanc capellam et ecclesiam monasterii ac parochialem situm est commune cœmeterium. In turri hujus capellæ sunt pariter duæ campanæ benedictæ.

---

*) VI. 134. — Die Seiten 135 — 144 sind in der Reinschrift der Matrikel leer gelassen. D.

XVII.

DECANATUS RURALIS

WASSERBURGENSIS

SUB TITULO ET PATROCINIO

S. BARTHOLOMÆI APOSTOLI.

Parochiæ

Decanatus ruralis Wasserburgensis*).

*) Die Pfarreyen Forstinning, Pemering und Buch am Burgrhain, so wie die nach der Auflösung der Pfarrey Mittbach neuerrichtete Pfarrey Hohenlinden gehören jetzt zum Decanate Schwaben. D.

§. 356.

Parochia s. Jacobi in Wasserburg*).

1. De hac Parochia in veteri matricula nihil reperitur præter solum nomen Wasserburg. Habetur autem hæc Parochia pro incorporata ab antiquissimis jam temporibus monasterio ordinis s. Be-

---

*) VI. 145. — Vgl. §§. 399. 607. 691, die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 335 bis 337), Fr. Dion. Reithofer's kurzgefaßte Geschichte der Stadt Wasserburg, aus Urkunden verfaßt (Wasserb. 1814. 8.), das Wasserburger-Wochenblatt, von Hazzi's statistische Aufschlüße ꝛc. (III. 514 — 548), von Obernberg's Reisen ꝛc. (II. 34 — 86), von Hormayr's Taschenbuch (1841. S. 63 — 73), das Königreich Bayern in seinen Schönheiten ꝛc. (I. 271 — 275), Westenrieders Beyträge (I. 146 — 173), desselben historische Schriften (I. 181 — 206), Lipowsky's Nationalgarde-Almanach (Jahrg. 1816. S. 184 — 187) ꝛc.

Die definitive Organisation der Stadtpfarrey Wasserburg mit einem Pfarrer und zwey Cooperatoren ist erst im Jahre 1825 erfolgt. Die sogenannten unirten Beneficien (vielmehr Wochen- und Monat-Messenstiftungen) blieben mit der Pfarrey verbunden. Es sind deren dreyzehn, nämlich

1.	das	St. Leonhards-Beneficium	oder die	Mittermesse,
2.	"	St. Michaels-	" " "	Freylhammermesse,
3.	"	hl. Geist-	" " "	Münzmeistermesse,
4.	"	St. Barbara-	" " "	Reichertshamermesse,
5.	"	St. Johannis-	" " "	Prienhausermesse,
6.	"	St. Blasius-	" " "	Kramermesse,
7.	"	St. Peters-	" " "	Hildenmesse,
8.	"	St. Sigmunds-	" " "	Glaslmesse,
9.	"	Aller-Seelen-	" " "	Stränßlmesse,
10.	"	St. Ruperts-	" " "	Salzendermesse,
11.	"	St. Andreas-	" " "	Hummelmesse, Cooperatur-Bfc.
12.	"	St. Corbinians-	" " "	Bäckermesse, " "
13.	"	St. Martins-	"	" "

Die inkamerirten Fonde dieser unirten Beneficien wurden von dem kgl. Staats-Aerar durch ein Jahresreichniß von 1200 fl. surrogirt.

Da auch die übrigen Beneficien in der Stadt Wasserburg sehr gering dotirt sind, so werden gewöhnlich mehrere in einer Person vereiniget und zwar

1. die zu diesem Ende bereits ständig unirten surauerschen, widderschen und kernischen Messen;
2. das estermannische, das Corporis-Christi- und das reiterische Beneficium nebst der Achazimesse;

nedicti in Attel, uti satis colligitur ex actis ecclesiasticis. Porro post decessum Vicarii parochialis Abbas & conventus Attilensis denominat magistratui civico Wasserburgensi tres sacerdotes ad hujusmodi Vicariatum habiles, ex quibus unum eligit magistratus et eidem pro Vicario parochiali præsentat; Abbas autem eundem sistit Episcopo ad curam animarum admittendum & perpetuandum. — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Jos. Ant. Copaur, ss. theol. Lic., ao. 1724 perpetuatus. Non dat primos fructus. Est hujus capituli ruralis Decanus*).

2. Proventus hujus Parochiæ præter accidentia stolæ potissimum desumuntur ex Beneficiis Parochiæ unitis, quæ unio decem tunc Beneficiorum contigit sub Stephano & Vito Adamo Episcopis Frisingensibus, ad revocationem tamen eorundem & successorum Episcoporum, uti constat ex designatione unitorum Beneficiorum de dato 15 Oct. 1618, quorum tamen fundationes in actis ecclesiasticis non reperiuntur. — Integri proventus hujus Parochiæ computatis omnibus creduntur 1000 florenos posse attingere. Debet autem Vicarius parochialis habere tres Cooperatores aut tertium saltem supernumerarium Curatum. Item solvit annuatim Steur zum Churfürstlichen Pfleggericht 3 fl. 14 kr., zur Stadt-Kammer Wasserburg vor das Wasser 3 fl., ad seminarium episcopale 5 fl., cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 27 kr. 1 dl. — Domus parochialis competens est et domus habitationis Cooperatorum et aliorum sacerdotum recenter reparata æque bonæ est structuræ**).

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1699 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Wasserburg habet alias quinque ecclesias filiales, nempe Bmæ Virginis auf dem Marckh, s. Michaelis, s. Dionysii, Sanctorum omnium in cœmeterio, s. Emanuelis auf dem

---

3. die fröschlische und die Floriani-Messe sammt dem aus der heiligen Geist-Pfarrey entstandenen Spital-Beneficium;
4. das baumgartnerische und das wertherische Beneficium nebst der Frühmesse in der Spitalkirche. Diese letzteren drey sind im Jahre 1848 für immer zu einer Pfründe verbunden worden und die Patrone haben sich zu einem regelmässigen Wechsel in der Ausübung des Präsentations-Rechtes verstanden. — Vorstehende Beneficialstiftungen erleichtern der Stadt Wasserburg die Haltung einer lateinischen Schule.

Von Kufstein an bis gegen Kloster Gars zu bildete vormals der Inn die Grenze zwischen den Diöcesen Freysing und Salzburg. Das Kapuciner-Kloster und das St. Achazi-Kirchlein in Wasserburg, welche sich am rechten Ufer des Inns befanden, gehörten daher schon zum Erzbisthum Salzburg. Die salzburgische Pfarrey Eiselfing dehnte sich bis zur Innbrücke aus.

Das Besetzungsrecht der Stadtpfarrey Wasserburg wird jetzt in der Weise ausgeübt, daß in zwey Erledigungsfällen Se. Maj. der König, in dritten der Stadtmagistrat von Wasserburg präsentirt. D.

) VI. 146. *) VI. 147.

Gries, et quinque capellas domesticas partim consecratas, quarum infra habetur descriptio.

4. Ecclesia parochialis magnifica est et ampla, habens in suo circuitu 17 altaria.

Altare majus est dedicatum in honorem s. Jacobi majoris Apostoli. In eo asservatur Sanctissimum & coluntur aliqua ossicula & cranium de ss. Innocentibus martyribus. Ad hoc altare fundatum est Beneficium, s. Jacobi dictum, unitum Parochiæ. Proventus ejusdem in actis visitalibus*) de ao. 1706 computantur ad 48 fl. 8 kr. Debet celebrari missa una hebdomadalis.

5. *Altare s. Annæ.* Ad hoc altare fundatum est Beneficium ss. Leonardi & Wolfgangi, die Estermannische Meß nuncupatum. Proventus hujus Beneficii, cujus possessor habet etiam propriam domum beneficialem, æstimantur ad 100 florenos aut ultra. Tenetur vi reductionis de ao. 1618 celebrare duas missas hebdomadales. Modernus Beneficiatus est R. D. Josephus Hueber, ao. 1723 salvo jure cujuscunque ad præsentationem senatus civici Wasserburgensis investitus. Dat pro primis fructibus ratione hujus & aliorum simul Beneficiorum, quæ possidet, nempe confraternitatis Corporis Christi und der Reitherischen Meß, 10 florenos & ad seminarium episcopale 1 fl.

6. *Altare ss. Sacramenti* est privilegiatum diebus Lunæ pro defunctis ex antiquissima *confraternitate* Corporis Christi**) hic introducta, quæ regitur a proprio magistratu. — Ad idem altare fundatum est Beneficium ex mediis confraternitatis prædictæ, quæ Beneficiato annuos pendit 45 florenos, uti habent acta visitalia supracitata, pro quibus Beneficiatus diebus Jovis pro confratribus vivis ac defunctis peragit unum hebdomadale sacrum. Beneficiatus idem est, qui supra Jos. Hueber, ao. 1723 ad præsentationem magistratus civici salvo jure cujuscunque investitus.

7. *Altare B^mæ Virginis.* Ad hoc altare rursus est fundatum a communitate Wasserburgensi Beneficium s. Corbiniani, vulgo die Peckhenmeß nuncupatum, et Parochiæ vel potius Cooperaturæ unitum. Juxta citata acta visitalia recipit Parochus 32 florenos et legi debet unum hebdomadale sacrum.

8. *Altare ss. Simonis & Judæ.* Est privilegiatum diebus Veneris universaliter***) pro defunctis. Ad hanc aram ao. 1624 Rupertus Surauer, civis Wasserburgensis, fundavit missam singulis Dominicis dicendam. Jus præsentandi reservavit suis descendentibus masculis. Dedit pro fundo summam 1000 florenorum. Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Georgius Hoffmann, ao. 1720

---

*) VI. 148. **) VI. 149. ***) VI. 150.

investitus. Dat pro primis fructibus 3 florenos et ad seminarium episcopale 15 kr. — Ad eandem aram fundatum est Beneficium, die Werther-Meß nuncupatum, de quo Beneficiatus capit annuos 40 florenos. Jus præsentandi competit vi sententiæ 24 Oct. 1720 latæ Abbati & conventui Attilensi. Modernus Beneficiatus est R. D. Melchior Pok, ao. 1729 investitus. Dat pro primis fructibus 2 fl. 15 kr. — Item in hac ara expositum est corpus s. Juliæ martyris (propr. nom.).

9. *Altare s. Barbaræ**). Ad hanc aram iterum fundatum est Beneficium, die Reichertshamer-Meß dictum et Parochiæ unitum. Importat (juxta acta visitalia de ao. 1706) 111 florenos 17 kr., pro quibus celebrandæ sunt tres missæ hebdomadales.

10. *Altare s. Bartholomæi.* Ad hanc aram fundatum est Beneficium a Ludovico Reither, cive Wasserburgensi, vulgo die Reithermeß. Adest propria domus beneficialis, et alias juxta citata acta visitalia proventus Beneficii se extendunt ad 40 florenos, pro quibus tenetur Beneficiatus dicere juxta ordinationem de ao. 1618 duas missas hebdomadales. Modernus Beneficiatus est R. D. Jos. Hueber, ad præsentationem senatus civici Wasserburgensis salvo jure cujuscunque investitus.

11. *Altare s. Andreæ***). Ad hoc altare fundatum & Parochiæ vel potius Cooperaturæ unitum est Beneficium, die Hummel-Meß nuncupatum. Importat circiter 38 fl. 32 kr. Debet celebrari una missa hebdomadalis & quidem in hac ara per primos sex anni menses, reliquis vero sex mensibus hebdomadatim in ara majori ecclesiæ B^mæ^ Virginis auf dem Platz.

12. *Altare B^mæ^ Virginis sine labe conceptæ & s. Antonii Abbatis.* Ad hoc altare fundatum est Beneficium, die Fröschl-Meß. Importat circiter 56 fl. 52 kr. Tenetur Beneficiatus intra 14 dies dicere tria sacra. Modernus Beneficiatus est R. D. Ignatius Ziskel, ao. 1737 ad præsentationem senatus civici Wasserburgensis investitus. Dat pro primis fructibus 4 florenos***) et ad episcopale seminarium 15 kr. — Item hoc altare privilegiatum est diebus Sabbati pro defunctis ex *confraternitate* immaculatæ conceptionis B^mæ^ Virginis hic instituta, quæ regitur per proprium magistratum.

13. *Altare s. Floriani martyris.* Ad hoc altare Serenissimi Bavariæ Duces fundaverunt Beneficium, vulgo die Floriani-Meß. Importat hoc tempore ultra 40 florenos, pro quibus Beneficiatus dicit unum sacrum hebdomadale. Modernus Beneficiatus est supradictus R. D. Ignatius Ziskel, ad præsentationem Serenissimi Electoris Bavariæ ao. 1737 investitus. Dat pro primis fructibus 4 florenos.

---

*) VI. 151. **) VI. 152. ***) VI. 153.

14. *Altare s. Spiritus.* Ad hoc altare fundatum est Beneficium a familia Münz-Maister. Est pariter unitum Parochiæ. Importat circiter ad 100 florenos. Debent dici duæ hebdomadales missæ*). — Ad idem altare fundatum est aliud Beneficium a familia Khern, die Khernische Meß. Juxta acta visitalia proventus hujus Beneficii currunt ad 41 florenos, pro quibus Beneficiatus tenetur ad unum hebdomadale sacrum. Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Georgius Hoffmann, ad Serenissimi Electoris Bavariæ præsentationem investitus. Dat pro primis fructibus 4 flor.

15. *Altare s. Martini.* Hic est fundatum a communitate civica Beneficium, die Martins-Meß, et unitum Parochiæ vel potius Cooperaturæ cum obligatione unius missæ hebdomadalis. Juxta acta visitalia de ao. 1706 proventus hujus missæ conficiunt 43 florenos. — In hoc altari venerationi expositum est corpus s. Eugeniæ martyris. — Ad idem altare Maria Reitherinn fundavit missam hebdomadalem, diebus Veneris celebrandam et sub dato 9 Maji 1715 authoritate ordinaria confirmatam, assignata pro fundo summa**) capitali 1200 florenorum.

16. *Altare s. Sebastiani.* Ad hoc altare fundatum est Beneficium a familia Wideriana, die Widermeß, cum obligatione unius sacri hebdomadalis. Proventus præter domum beneficialem taxantur in actis visitalibus ad 50 florenos. Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Georgius Hoffmann investitus. Juxta designationem de ao. 1618 et acta visitalia de ao. 1706 hoc Beneficium est de præsentatione familiæ Wider.

17. *Altare B^mæ^ Virginis auxiliatricis.* Hic est Beneficium s. Ruperti, vulgo die Salzender-Meß, quod Parochiæ est unitum. Importat juxta acta visitalia ad 72 florenos una cum ædibus, quas defacto Cooperatores inhabitant. Debent celebrari duæ missæ hebdomadales***).

18. *Altare s. Laurentii.* Ad hoc altare est fundatum a nobilibus de Paumbgarthen Beneficium. Importat ad 57 fl. 17 kr. et habet ædes proprias. Patronus defacto est nobilis Dominus Joannes Jos. Franc. L. B. de Paumbgarthen, Consiliarius electoralis aulicus. Modernus Beneficiatus est R. D. Ign. Ziskel, ao. 1737 investitus.

Altare s. Crucis. Hic colitur insignis particula de s. Cruce. *Altare fidelium defunctorum.*

19. Divina in hac ecclesia parochiali fiunt singulis diebus. Cathedram ornant P. P. Capucini. Dedicatio celebratur in ipso festo s. Georgii, patrocinium vero in festo s. Jacobi majoris Apostoli. Item aliqui benefactores contulerunt summam capitalem

---

*) VI. 154. **) VI. 155. ***) VI. 156.

1800 florenorum pro Rosario coram exposito Sanctissimo in hac ecclesia*) quotidie orando, cujus fundationis confirmationem sub dato 16 Febr. 1735 impetrarunt. Cæteroquin in supracitata designatione unitorum Beneficiorum de ao. 1618 fit etiam mentio Beneficii a familia Laiming fundati, et missæ s. Elisabethæ. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam et sepulturæ circa ecclesiam cum ossuario. Sacristia provisa est paramentis splendidis ac decoris et turris quinque insignibus campanis. — Item in hac ecclesia continentur sepulturæ illustrium et nobilium familiarum Paumbgarthner, Schleich, Schobinger, Kauth, Hauser, Angermayr, Reither etc. — Proventus hujus ecclesiæ curant duo vitrici, ex magistratu civico constituti, qui coram Abbate Attilensi, Vicario parochiali et toto magistratu civico suas ponunt rationes. Das Vermögen von diesem Pfarr-Gottshaus und dessen folgenden Filialen ist aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

*Ecclesia s. Michaelis in Wasserburg***).*

20. Ecclesia hæc pervetusta, ad quam per scalam ascenditur, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, altare s. Joannis Baptistæ & altare s. Sebastiani martyris.

Ad altare majus fundatum est Beneficium a familia deren Freihamer. Obligatio est unius missæ hebdomadalis. Beneficium est defacto unitum Parochiæ, et juxta acta visitalia de ao. 1706 importat 43 florenos. Ad aram s. Joannis Baptistæ fundatum est alterum Beneficium, etiam Parochiæ unitum, die Prienhauser-Meß. Obligatio est unius missæ hebdomadalis. Importat Beneficium juxta citata acta 40 florenos***). — Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum s. Michaelis, patrocinium autem in ipsum festum. Sacristia hic quidem adest, sed absque paramentis, quæ ex parochiali ecclesia huc solent deferri. Turris habet campanas duas benedictas. Proventus hujus ecclesiæ administrantur sub redditibus ecclesiæ parochialis, a qua etiam hæc conservatur.

Ecclesia s. Dionysii in Wasserburg.

21. Sub ecclesia prædicta s. Michaelis est altera conformis cryptæ, ubi pariter sunt altaria duo: Altare majus, dedicatum sancto Dionysio Episcopo martyri & altare ss. Petri & Pauli.

Ad aram s. Dionysii fundatum est Beneficium, unitum Parochiæ, vulgo die Straßl-Meß †). Habet obligationem duarum missarum hebdomadalium. Beneficium importat juxta acta visitalia 52 florenos. — Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam post festum s. Dionysii, patrocinium autem ad ipsum festum hujus Sancti.

---

*) VI. 157. **) VI. 158. ***) VI. 159. †) VI. 160

Item hic divina peragi solent in festo s. Ursulæ. Sacristia non adest. Proventuum hujus ecclesiæ cura eadem est, sicut ecclesiæ s. Michaelis, uti supra dictum.

Ecclesia filialis Sanctorum omnium in cœmeterio.

22. Ecclesia hæc sita est in cœmeterio communi cum uno altari, in honorem omnium Sanctorum erecto, nondum consecrato. — Divina hic peragi solent in dedicatione (Dominica sexta post Pascha), item in festo Sanctorum omnium & in commemoratione fidelium defunctorum. Missæ etiam aliquæ fundatæ hic per annum celebrantur*). — Sacristia adest cum necessariis paramentis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura vitricorum ecclesiæ parochialis & sub ejusdem ratiociniis.

Ecclesia filialis B^mæ^ Virginis auf dem Platz zu Wasserburg.

23. Ecclesia hæc vetusti operis dicitur olim fuisse parochialis. Habet quinque altaria:

Altare majus est dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis. In hoc altari, sicuti supra ad ecclesiam parochialem et altare s. Andreæ ibidem notatum est, per medium annum celebratur missa hebdomadalis, die Hummel-Meß.

*Altare s. Catharinæ virginis martyris***).* Ad hoc altare est fundatum Beneficium, die Crammer-Meß, unitum Parochiæ. Obligatio est duarum missarum hebdomadalium. Proventus acta visitalia ad 96 florenos assignant.

Altare s. Josephi. Ad hanc aram, uti notatur in actis visitalibus de ao. 1706 R. D. Melchior Jek, sacerdos & quondam Cooperator, legavit pro 12 missis, quando evangelia tractant de s. Josepho, novem florenos.

Altare s. Nicolai Episcopi. Hic est fundatum Beneficium, vulgo die Hildenmeß, Parochiæ unitum. Obligatio est unius missæ hebdomadalis. Importat juxta sæpe dicta acta 36 florenos et 58 kr.

*Altare B^mæ^ Virginis assumptæ****).* Ad hoc altare fundatum est Beneficium, die Gläsl-Meß nuncupatum & Parochiæ unitum. Obligatio est unius missæ hebdomadalis. Proventus hujus missæ reputantur esse 42 floreni.

Divina fiunt in hac ecclesia in dedicatione et quotidie hic fit missa matutinalis, excepto die Veneris. Diebus Sabbati solet hic cantari missa de Beata Virgine Maria, fundata a nautis. — Item vi designationis unitorum Beneficiorum in hac ecclesia est dicenda missa menstrua ex fundatione der Wallner. — Cœmeterium hic non adest. Sacristia habet paramenta sufficientia & turris campanas duas be-

---

*) VI. 161. **) VI. 162. ***) VI. 163.

nedictas. — Proventus hujus ecclesiæ etiam sunt sub ratiociniis et cura vitricorum ecclesiæ parochialis.

Ecclesia filialis s. Emanuelis.

24. Hæc ecclesia modica auf dem Gries, a Joanne Korntheur rei salinariæ administratore*) noviter ædificata, necdum consecrata, habet unum altare, in honorem s. Emanuelis martyris erectum, in cujus festo die (26. Martii) hic solent celebrari divina. Item operarii salis (die Scheibenmacher) permittunt hic celebrari quatuor missas angariales.

25. *Capellæ domesticæ in urbe Wasserburgensi:* Die Laibinger-Capellen. Est consecrata cum uno altari ss. Trinitati. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Joannis Baptistæ. — Die Elverezische Capellen auf dem Gries. Est consecrata cum suo altari in honorem ss. Petri & Pauli. Dedicatio incidit in Dominicam post festum ss. Apostolorum Petri & Pauli. — Die Reitterische Capellen habetur pro consecrata. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Joannis Baptistæ**). — Die Copaurische Capellen non est consecrata. Habet altare in honorem B^mæ^ Virginis & s. Sebastiani erectum. Celebratur super portatili. — Die zweyte Reitterische Capellen non est consecrata. Habet altare, erectum in honorem s. Antonii Abbatis. Celebratur super portatili***).

---

§. 357.

Parochia s. Spiritus in hospitali urbis Wasserburgensis †).

1. Hæc Parochia est de libera collatione Episcopi Frisingensis, uti etiam innuitur in veteri matricula. — Modernus Parochus est R. D. Ignatius Ziskel, ao. 1732 investitus. Dat pro primis fructibus 8 florenos & ad episcopale seminarium 1 fl.

2. Proventus hujus Parochiæ tenues adeo sunt, ut justam Pa-

---

*) VI. 164. **) VI. 165.

***) Ueber die St. Aegidikirche auf der Burg zu Wasserburg sieh unten §. 359. n. 8. D.

†) VI. 167. Vgl. §. 399 u. 608. — Die Spitalpfarrey zu Wasserburg ist im Jahre 1813 aufgehoben und aus dem Fonde derselben ein Spitalbeneficium gebildet worden, mit welchem jetzt die fröschlische und die Floriani-Messenstiftungen vereiniget sind. D.

rocho congruam minime tribuant. Siquidem juxta acta visitalia ex hospitali dantur annuatim Parocho 39 fl. 34 kr. et insuper victus quotidianus. Domus habitationis Parochi est defacto ruinosa et accidentia stolæ sunt exigua, cum communicantes hospitalarii numerum quadragesimum raro excedant. Unde necessarium est huic Parocho, de aliis simul Beneficiis sibi prospicere & suam congruam quærere. De redditibus hujus Parochiæ legitur in antiqua matricula*): *Item non habet aliquas institutiones, sed a magistro hospitalis singulis annis 8 ß. dl. Item ex missis hebdomalibus 5 ß. dl. etc. Item ex institutione cujusdam coloni 20 modios siliginis et totidem avenæ, valoris 7 flor. Item oblationes & confessionalia æstimat ad 3 flor. Item habet ad hoc etiam propriam residentiam in civitate sitam.*

3. Ecclesia parochialis s. Spiritus in hospitali est antiqui operis; habet altare unum, Spiritui sancto dedicatum. In eo asservatur Sanctissimum & colitur etiam parva statua B^mæ^ Virginis beneficiis hic clarescentis.

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio hujus ecclesiæ, quæ jam anno 1381 per Suffraganeum Frisingensem Nicolaum Episcopum Tribunensem consecrata fuit, celebratur in Dominica ante festum s. Jacobi.

4. Ad altare hujus ecclesiæ a communitate civica fundatum est Beneficium, die heiligen Geist-Fruehmeß. Tenetur Beneficiatus**) intra 14 dies celebrare tres missas. Proventus consistunt in censibus ex ædibus civium Wasserburgensium, qui 60 fl. 17 kr. conficiunt, uti habetur in actis visitalibus de ao. 1706. Jus præsentandi est penes magistratum civicum. Modernus Beneficiatus est R. D. Melchior Pok, ao. 1729 investitus. Dat pro primis fructibus 4 florenos.

5. Baptisterium hic nullum adest, nec proprium cœmeterium. Sacristia tenet paramenta sufficientia et turris campanas duas benedictas. Proventus hujus ecclesiæ ferme solus magistratus civicus administrare prætendit, excluso in potioribus Parocho. Das Vermögen dises Pfarr-Gottshauses ist aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

---

*) VI. 168. **) VI. 169.

§. 358.

Parochia s. Nicolai in Albaching *).

1. De hac Parochia ea hactenus est observantia, ut non in alternis mensibus, sed una vice sit de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ tanquam comitatus Haagensis Domini, et altera vice de libera collatione Episcopi Frisingensis. — Modernus Parochus est R. D. Jos. Haingartmair, ao. 1723 ad præsentationem Serenissimi Electoris investitus. Dat pro primis fructibus 20 flor. Est hujus capitali ruralis Camerarius.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula de his legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione habet circiter 10 flor. Item ex missis hebdomadalibus 2 ℔. dl. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 40 fl. Item oblationes, confessionalia & stolam æstimat ad 15 flor.* Item seynt zu diser Pfarr 5 Widumb-Güetl gehörig in folgenten Orthen**), als zu Allmanspcrg, St. Christoph, Hoffstätten, Kaltenedh, Au. Parochus juxta acta visitalia de ao. 1706 potissimum gaudet tertia decimarum parte in sua Parochia, in pago tamen Zell colligit integras decimas. Condecimant autem Serenissimus Elector Bavariæ tanquam Comes Haagensis, residentia Eberspergensis societatis Jesu, monasterium Rambsau, Comes de Hörwarth aliique plures, præsertim coloni ultra triginta. Integri proventus hujus Parochiæ censentur melioribus annis ad 600 florenos posse ascendere. Econtra Parochus tenetur alere Cooperatorem, pro quo tamen juxta veterem et anno 1687 sub dato 7 Jul. confirmatum recessum Parochus ab ecclesia & communitate s. Christophori deberet subsidium 50 florenorum recipere. Item debet Parochus solvere annuatim Vogtey-Geld zum Castenambt München 1 fl. 8 kr. 4 hl., ad ecclesiam parochialem in Kirchdorf bey Haag 4 kr. Item solvit cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 27 kr. 1 dl.***) et ad seminarium episcopale 2 fl. — Domus parochialis cum pertinentiis non adeo commendabilis structuræ est.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 730 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Albaching, habet alias duas ecclesias filiales, nempe bey St. Christoph und Zell.

---

*) VI. 171. — Vgl. §§. 380. 602. 691, die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 309 bis 310) und M. A. Vogel's die Stammburg der Fraunberger und ihre Hausdomaine, abgedruckt im oberbayerischen Archive (IX. 201 — 210). D.

) VI. 172. *) VI. 173.

4. Ecclesia parochialis, inter rurales honestioris formæ, altaria habet quatuor: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo Sanctissimum asservatur & colitur particula s. Crucis, altare B^mæ^ Virginis, altare s. Ursulæ & altare s. Sebastiani martyris*).

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis, exceptis dedicationibus & patrociniis ecclesiarum filialium. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in festum s. Magdalenæ, patrocinium vero ad festum s. Nicolai Episcopi. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. Adest *confraternitas* fidelium defunctorum, ao. 1660 introducta, quæ administratur a Parocho et Præfecto comitatus Haagensis, ratione cujus altare B^mæ^ Virginis singulis diebus Lunæ privilegiatum est. Das Vermögen dieser Bruederschaft wirdet dieser Zeit bey 1000 fl. ausmachen. — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia decentibus instructa est paramentis. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Parochi & Præfecti comitatus Haagensis**). Das Vermögen dises Pfarr-Gotteshauses wirdet diser Zeit gegen 1200 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Christophori zu St. Christoph.

5. Ecclesia inter rurales excellens tria continet altaria. *Altare majus* est dedicatum in honorem s. Christophori martyris. In eo asservatur Sanctissimum. Statua s. Christophori hic plurimis beneficiis claret & magno peregrinantium numero ac processionibus colitur, ac præsertim ad hoc altare multæ fiunt missæ votivæ. — *Altare s. Josephi & altare ss. Joachim & Annæ.*

Circa divina in hac ecclesia peragenda olim inter Parochum et communitatem hujus loci multum certatum est, de qua re videri***) potest antiquus recessus, sub dato 7 Jul. 1687 renovatus et confirmatus. Acta visitalia de ao. 1706 indicant, divina hic ordinarie peragi omnibus diebus dominicis ac festivis per Cooperatorem, et hebdomadatim dici missam cum libera applicatione. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in festum s. Bartholomæi Apostoli, patrocinium autem ad festum s. Christophori martyris. — Asservatur hic oleum infirmorum. Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario. Sacristia provisa est paramentis multis & valde decoris et pretiosis. Turris continet campanas quatuor benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Præfectus comitatus Haagensis. Das Vermögen dieses Gotteshauses wirdet dieser Zeit über 10000 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Michaelis in Zell.

6. Ecclesia hæc, ao. 1684 reædificata & pulchra, habet altaria

*) VI. 174. **) VI. 175. ***) VI. 176.

tria*): Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis Archangeli, altare Matris dolorosæ & altare s. Catharinæ virginis martyris.

Divina secundum acta visitalia de ao. 1706 hic fiunt in feria II. Paschatis & Pentecostes, item in festis s. Marci, ubi huc instituitur processio, s. Georgii, Martini, Thomæ Apostoli & Joannis Evangelistæ. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis Archangeli, patrocinium autem in ipso festo s. Michaelis. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis decentibus. Turris continet campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti comitatus Haagensis. Das Vermögen dieses Gottshauses wirdet diser Zeit gegen 2700 fl. ausmachen.

---

§. 359.

Parochia Bmæ Virginis in Attel**).

1. Hæc Parochia est incorporata monasterio Attilensi ord. s. Benedicti et providetur ex eodem monasterio per Vicarium regularem, qui defacto est P. Corbinianus Krothenthaller, in eodem monasterio professus.

2. Proventus hujus Parochiæ omnes recipit ipsum monasterium Attilense. Legitur de illis in veteri matricula: *Item omnes redditus, institutiones & decimas tollit D. Abbas dicti monasterii. Similiter omnia alia jura parochialia præsentat* (Vicarius) *dicto Domino Abbati. Item oblationes æstimat ad 12 florenos. Confessionalia ad 9 flor. præsentat similiter Domino Abbati.* De hac Parochia solvitur cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 27 kr. 1 dl., ad seminarium episcopale 3 fl. — Domus parochialis non adest, sed Vicarius habitat in monasterio***).

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1620 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Attel, quæ simul est ecclesia monasterii, cujus descriptio reperitur in primo volumine a folio 449

---

*) VI. 177.

**) VI. 179. — Vgl. §§. 45 u. 606 und die tabellarische Diöcesanbeschreibung (S. 310—313). — Die jetzt organisirte Pfarrey Attel enthält nebst dem engeren Pfarrbezirke zwey gleichfalls organisirte Expadituren, Edling (Ettling) und Romelberg. Zur letzteren gehören Zellerreit und Hart. D.

***) VI. 180.

(§. 45), habet alias quatuor ecclesias filiales, nempe in Ellendt, s. Aegidii auf der Burg zu Wasserburg, Romelberg, Ettling. Item quatuor capellas, nempe s. Erentrudis prope Attel, in arce Hardt, in Albersperg & in Zellerreith.

4. Ecclesia parochialis seu monasterialis habet baptisterium, sacra olea, cœmeterium et alia requisita parochialia; specialiter tamen ad fundationes parochiales deputatum in eadem ecclesia est altare s. Crucis, uti jam notatum est in citata descriptione.

Ecclesia s. Crucis im Ellendt).*

5. Ecclesia hæc formosæ admodum architecturæ, sita ad ripam Oeni in pede montis monasterii, ad quod dehinc (per altam**) scalam ascenditur, habet duo altaria: *Altare superius* est dedicatum Christo crucifixo, cujus imago hic miraculis & beneficiis clarescit et per annum a multis peregrinantium millibus et processionibus visitatur, et ipsa ecclesia repleta est appensis anathematibus. In hoc altari, ferme quotidie pro defunctis privilegiato, asservatur Sanctissimum. — *Altare inferius* est dedicatum in honorem Matris dolorosæ.

Divina hic præsertim verno, æstivo & autumnali tempore fiunt quotidie, et a sex ad duodecim missæ ferme quotidianæ sunt. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam ante festum s. Michaelis. — Cœmeterium non adest. Sacristia habet decora paramenta et duæ turres continent duas campanas***). — Proventus hujus ecclesiæ administrat Abbas Attilensis eamque conservat, quippe cujus monasterio hæc ecclesia authoritate ordinaria de dato 2 Martii 1654 fuit incorporata.

Capella s. Erentrudis (Gertrudis) prope Attel.

6. Capella hæc in colle sita est cum uno altari, in honorem s. Erentrudis *(Gertrudis)* dedicato. Ad latus hujus ecclesiæ fons est salubris aquæ. Divina fiunt in dedicatione (Dominica ante festum s. Laurentii) et in festo s. Gertrudis & Mathiæ et in feria II. Paschatis. Cœmeterium & sacristia non adsunt. Paramenta deferuntur huc ex monasterio. Campanæ adsunt duæ. Asserunt Attilenses, hanc capellam jam a limine fundationis incorporatam fuisse monasterio, a quo ista capella conservatur †).

Capella s. Viti in Albersperg.

7. Hæc capella cum suo altari est dedicata in honorem s. Viti

---

*) Vgl. Relation oder Ursprungsbeschreibung sammt beygesetzten Beneficien von dem wunderthätigen Crucifixbild, genannt im Ellendt an dem Innstrom nächst dem Kloster Attel. I u. II Centuria. München 1718. 12. D.

) VI. 181. *) VI. 182. †) VI. 183.

martyris. Divina fiunt in dedicatione (Dominica II. post festum s. Bartholomæi), item in festo s. Viti martyris, s. Marci, Andreæ et in feria II. Pentecostes. Nec cœmeterium nec sacristia adest. Paramenta sumuntur ex monasterio. Proventus pariter administrat Abbas Attilensis, cujus monasterio capella dicitur incorporata.

Ecclesia filialis s. Aegidii auf der Burg zu Wasserburg).*

8. Ista ecclesia veteris structuræ, quæ in antiqua matricula dicitur filialis, et proprium expositum religiosum ex Attilensi monasterio ibi residentem habuisse, tenet tria altaria**): Altare majus, dedicatum s. Aegidio Abbati, altare B^mæ^ Virginis & altare s. Catharinæ virginis martyris.

Divina hic fiunt in dedicatione et in festo patrocinii s. Aegidii Abbatis. — Item in hac ecclesia est fundatum Beneficium, ratione cujus Vicarius parochialis in Wasserburg loco Patrum Attilensium per annum 80 missas et certa anniversaria hoc tempore & observantia celebrat et ab Attilensibus 43 fl. 40 kr. recipit. Ipsa fundatio a familia Preysingana ortum suum habet. — Cœmeterium non adest, sacristia provisa est paramentis necessariis & turris continet duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Abbas Attilensis & ecclesiam conservat.

*Ecclesia filialis s. Leonardi in Romelberg***).*

9. Ecclesia ista honestæ structuræ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Leonardi Abbatis, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Augustini Episcopi & altare s. Udalrici Episcopi.

Divina hic peragi solent, uti colligitur ex actis visitalibus de ao. 1706, semper secunda Dominica. Dedicatio celebratur in Dominica post nativitatem B^mæ^ Mariæ Virginis, patrocinium in festo s. Leonardi Abbatis. Item divina fiunt in festo s. Udalrici, s. Augustini & Dominica infra octavam conceptionis B. M. V. Item hic dicitur †) missa hebdomadalis. Cœmeterium cum sepulturis hic non adest. Sacristia paramentis necessariis instructa est. Turris continet campanas duas benedictas. Proventus hujus ecclesiæ pariter curat Abbas Attilensis.

Ecclesia filialis s. Cyriaci in Ettling.

10. Ecclesia hæc melioris formæ et (uti notatur in actis visitalibus de ao. 1706) pleno jure incorporata monasterio Attilensi, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Cyriaci

---

*) Diese Kirche wurde im Jahre 1816 execrirt. Das Verhältniß derselben zur Pfarrey Attel hatte schon seit der Säcularisation der Klöster aufgehört. D.

) VI. 184. *) VI. 185. †) VI. 186.

martyris, in quo asservatur Sanctissimum*), altare B^mæ Virginis et altare s. Barbaræ virginis martyris.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis ac festivis, excepta Dominica palmarum et festo s. Rosarii. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Jacobi et patrocinium in festo s. Cyriaci martyris. Item acta visitalia hic notant tres missas hebdomadales. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Aqua etiam baptismalis cum oleis sacris hic asservatur. Sacristia decentia habet paramenta & turris campanas tres benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Abbas Attilensis & ecclesiam conservat.

*Capella in arce Hardt**).*

11. Hæc capella elegantis structuræ, in arce Hardt Baronum de Manteuffel sita, habet altare Christo patienti dedicatum. Patres Attilenses dicunt hic missam hebdomadalem. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Udalrici.

Capella ad arcem Zellerreith.

12. Capella hæc sita ad arcem Zellerreith habet aram unam, in honorem ss. Georgii & Antonii Abbatis dedicatam. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Udalrici & patrocinium***) in festo s. Georgii & in festo s. Antonii Abbatis. Nec cœmeterium nec sacristia adest. Paramenta asservantur in arce, quæ est Dominorum de Kern. Abbas Attilensis proventus hujus ecclesiæ curat et eam conservat.

---

§. 360.

Parochia B^mæ Virginis in Forstinning†).

1. Hæc Parochia in alternis mensibus est de præsentatione Serenissimi Bavariæ Electoris et de libera collatione Episcopi Frisingensis. — Modernus Parochus est R. D. Antonius Frik, ss. theol. Lic., ao. 1731 investitus. Dat pro primis fructibus 60 florenos. Est in hoc capitulo rurali testis synodalis.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, ex decimis et stola. In veteri matricula de his legitur: *In fixis redditibus ex*

---

*) VI. 187. **) VI. 188. ***) VI. 189.

†) VI. 191. — Vgl. §§. 384. 611. 691 und die tabellarische Diöcesanbeschreibung (S. 314—316). D.

institutione habet 12 fl. 10 dl. Item de missis hebdomadalibus 12 β. dl., confessionalia ad 7 flor., panes primitiales ad 9 flor. Juxta acta visitalia de ao. 1706 Parochus potissimum gaudet tertia parte decimarum, habet tamen plures condecimatores. Item genüßet Pfarrer an Grund-Gülten von denen zur Pfarr gehörigen Unterthanen 54 fl. 4 kr. 2 hl., auch 392*) Kirchtracht-Laib, prout hæc omnia colliguntur ex actis ecclesiasticis. Integri proventus melioribus annis censentur facile ascendere ad 1200 florenos. Econtra Parochus alit duos Cooperatores, quorum unum habet penes se, alterum in Pæstetten. In veteri matricula fit mentio de tribus Cooperatoribus. Item tenetur Parochus solvere cathedraticum 10 fl., Jäger-Gelt 3 fl., ad seminarium episcopale 3 fl., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 27 kr. 1 dl. — Domus parochialis recentioris structuræ cum pertinentiis non patitur notabiles defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1170 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Forstinning habet septem ecclesias filiales, nempe in Siggenhoffen, Daing, Unterschwillach, Ottenhofen, Pästetten, Sempt & Creuz.

4. Ecclesia parochialis, inter rurales vilioris structuræ & ruinosæ, habet altaria quatuor**): Altare majus, dedicatum in honorem B^{mæ} Virginis, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Annæ, altare s. Georgii martyris & altare s. Sylvestri Papæ.

Divina in hac ecclesia ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis ac festivis, exceptis dedicationibus ecclesiarum filialium. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur Dominica tertia post festum s. Jacobi. Item hic dicuntur duæ missæ hebdomadales. Ad aram s. Sylvestri introducta est *confraternitas* sub nomine ejusdem Sancti. Administratur a Parocho & electorali Præfecto in Schwaben, et fuit antiquitus ab Urbano Papa VIII. indulgentiis condecorata. Das Vermögen dieser Bruederschaft solle dieser Zeit gegen 1450 fl. betragen***). — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis sufficientibus et in turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura parochiali et electoralis Præfecti in Schwaben. Das Vermögen dises Pfarr-Gottshauses wirdet sich dieser Zeit gegen 1600 fl. auswerfen.

Ecclesia filialis ss. Joannis & Pauli in Siggenhoffen.

5. Ecclesia hæc satis pulchra, altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Joannis & Pauli martyrum, in quo solet tempore æstivo asservari Sanctissimum, usquedum fruges maturescant, et altare s. Sebastiani martyris†).

---

*) VI. 192. **) VI. 193. ***) VI. 194. †) VI. 195.

Divina hic fiunt ordinarie in Dominica tertia, alternando cum ecclesiis Ottenhoffen & Unterschwillach, item in dedicatione (Dominica ante festum s. Jacobi), in festo patronorum ss. Joannis et Pauli et in festo s. Sebastiani martyris. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta necessaria et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Schwaben. Das Vermögen solle diser Zeit bey disem Gottshaus 300 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Ottiliæ in Daing.

6. Ecclesia hæc firmæ & bonæ structuræ habet tria altaria: Altare majus*), dedicatum in honorem s. Ottiliæ virginis, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Annæ & altare s. Georgii martyris.

Divina hic ordinarie fiunt in tertia Dominica, ita ut in filiali Pästetten duabus successive Dominicis et in tertia Dominica in hac ecclesia sacra peragantur. Item in festis s. Annæ & s. Georgii martyris. Dedicatio celebratur *(Dominica)* post festum s. Martini, patrocinium in festo s. Ottiliæ. Item hic dicitur missa cum libera applicatione hebdomadalis. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis sufficientibus & turris campanis duabus benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Præfectus electoralis in Arding. Das völlige Vermögen dises Gottshauses solle diser Zeit gegen 1000 fl. betragen.

*Ecclesia filialis s. Stephani in Unterschwillach**).*

7. Ecclesia hæc noviter et pulchre reædificata et nondum consecrata, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Bartholomæi & altare s. Udalrici Episcopi.

Divina hic ordinarie fieri solent in tertia Dominica, alternando cum ecclesiis Siggenhoffen & Ottenhoffen, item in festis s. Bartholomæi & Udalrici. Dedicatio antea celebrata fuit in Dominica post festum s. Bartholomæi. Patrocinium celebratur in festo s. Stephani protomartyris. — Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario. Sacristia sufficienter provisa est paramentis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ***). — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Præfectus electoralis in Arding. Das Vermögen dises Gottshauses solle diser Zeit gegen 350 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Catharinæ in Ottenhoffen.

8. Ecclesia melioris, sed non nihil angustioris structuræ, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Catharinæ vir-

*) VI. 196. **) VI. 197. ***) VI. 198.

ginis martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare B[mæ] Virginis et altare s. Floriani martyris.

Divina fiunt in hac ecclesia ordinarie in tertia Dominica, alternando cum ecclesiis Siggenhoffen & Unterschwillach, item in festis Domini, in festo purificationis, assumptionis, præsentationis B. M. V., ss. Petri & Pauli, et in diebus festivis aliis plerisque*). Dedicatio celebratur in Dominica infra octavam Ascensionis Domini, patrocinium vero in festo s. Catharinæ. Item dicuntur duæ missæ hebdomadales ex fundatione Domini Rambott de Ottenhoffen & Elisabethæ ejus conjugis, nec non Dominæ Annæ Sabinæ Baronissæ de Ahamb in Ottenhoffen natæ Schrenkhin.

9. Anno 1691 illustrissima Domina Maria Adelhaidis Theresia Comitissa de Rivera, nata Comitissa de Preysing, fundavit Beneficium quinque missarum per hebdomadem, in hac ecclesia et successu temporum in capella arcis Ottenhoffen noviter exstruenda præter alias functiones in bino fundationis instrumento expressas celebrandarum. Dedit pro fundo præter domum et hortum pro habitatione Beneficiati summam capitalem 4400 florenorum, de cujus annuis censibus satisfit Beneficiato & ecclesiæ pro paramentis. Confirmavit hanc fundationem Serenissimus Josephus Clemens Episcopus Frisingensis**). Successive anno 1697 eadem illustrissima fundatrix fundum Beneficii 1000 florenis auxit, et hac fundatione hoffmarchiam Ottenhoffen in perpetuum oneravit, jus patronatus possessori dictæ hoffmarchiæ reservavit et novam confirmationem a Joanne Francisco Episcopo Frisingensi obtinuit. Modernus Beneficiatus est R. D. Laurentius Schwaiger, ao. 1725 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos et ad seminarium episcopale 1 fl.

10. Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario. Sacristia provisa est paramentis competentibus & turris duabus campanis benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Parocho et Domino hoffmarchiæ Ottenhoffen, qui defacto est illustrissimus Dominus Comes de Perusa. Das Vermögen dises Gottshauses solle diser Zeit gegen 2000 fl. auswerffen.

*Ecclesia filialis s. Martini in Pästetten****)*.

11. Ecclesia hæc renovata & consecratione indigens habet quatuor altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Leonardi Abbatis, altare ss. Achatii & sociorum martyrum & altare s. Ursulæ virginis martyris.

Anno 1435 Ludovicus Peugenberger, civis Ratisbonensis, fundavit Beneficium missæ perpetuæ, die una per hebdomadem

*) VI. 199. **) VI. 200. ***) VI. 201.

excepta, in ara s. Achatii*). Dedit pro fundo 31 ungerische Gulden jährlicher Gült. Hodie præter domum habitationis proventus hujus Beneficii conficere dicuntur 41 florenos & 8 crucigeros, pro quibus peragitur una missa hebdomadalis, et ad hoc Beneficium præsentat Parochus in Forstinning cum vitricis hujus ecclesiæ**). Modernus Beneficiatus est R. D. Simon Obermayr, ao. 1728 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl. Iste Beneficiatus est curatus et simul Cooperator Parochi in Forstinning, a quo particulare suum salarium & partem stolæ recipit et curam animarum in Pästetten & Daing providet.

Divina hic celebrantur ordinarie in duabus successive Dominicis et tertia in Daing, item ordinarie in omnibus festis per annum. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit alias in Dominicam post nativitatem B. M. V. et patrocinium ad festum s. Martini Episcopi. — Baptisterium hic quoque adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia competentia habet paramenta et turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus & Dominus hoffmarchiæ Kopfspurg***). Das Vermögen dises Gottshauses wirdet diser Zeit gegen 1600 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Joann. Bapt. in Sempt.

12. Ecclesia hæc, sita in loco, ubi olim Comites de Sempt et Ebersberg habitasse & originem sui stemmatis traxisse dicuntur, pulchre reparata, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Baptistæ, altare ss. 14 Auxiliatorum et altare s. Antonii de Padua.

Divina hic solent peragi in festo ss. Joannis Baptistæ & Evangelistæ et in festo s. Nicolai Episcopi. Dedicatio celebratur in Dominica II. post festum s. Jacobi. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione†). — Cœmeterium proprium non adest. Sacristia habet paramenta pro necessitate et turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus et electoralis Præfectus in Schwaben. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet diser Zeit gegen 250 fl. betreffen.

Ecclesia filialis ad s. Crucem in Creutz.

13. Ecclesia pulchra et amœna habet unum altare, Christo crucifixo consecratum. Divina fiunt in festo inventionis s. Crucis et in festo exaltationis s. Crucis, ubi celebratur dedicatio hujus ecclesiæ. Item hic dicitur missa hebdomadalis cum libera applicatione. — Cœmeterium nec propria sacristia, paramenta tamen ad-

*) Dieses Beneficium ist jetzt der Pfarrey Poigenberg beygelegt. D.
) VI. 202. *) VI. 203. †) VI. 204.

sunt pro necessitate, et in turri sunt campanæ duæ benedictæ *). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Schwaben. Das Vermögen dises Gottshauses solle diser Zeit bey 2000 fl. ausmachen.

---

§. 361.

Parochia s. Zenonis in Isen **).

1. Hæc Parochia unita est Collegiatæ s. Zenonis in Isen, uti etiam insinuat antiqua matricula. Præsentat autem capitulum dictæ Collegiatæ Episcopo Frisingensi Vicarium parochialem, ad curam admittendum et approbandum. Modernus Vicarius parochialis est R. D. Philippus Jacobus Rauscher, jur. utr. Dr., ao. 1736 admissus. Non dat primos fructus, bene vero jura cancellariæ 10 fl.

2. Proventus hujus Parochiæ consistunt in congrua, a capitulo memoratæ Collegiatæ Vicario parochiali assignari solita. In veteri matricula de hac re legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione prædii habet 5 flor. Item in anniversariis circiter 1 tt. dl. Item habet decimas minores valoris 6 flor., majores vero decimas frumentorum tollit capitulum ibidem, valoris 1 tt. dl. Item oblationes per annum sibi attinentes æstimat ad 3 flor.***), capituli vero ad 8 flor. Confessionalia æstimat ad 6 flor., stolam ad 2 flor. Panes primitiales pro parte sua media æstimat ad 3 flor., altera pars cedit Domino Decano.* Solvit Vicarius cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 27 kr. 1 dl. — Domus propria parochialis non adest.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1566 numerati sunt.

3. Ecclesia collegiata s. Zenonis in Isen, quæ simul parochialis est ac baptisterium & cœmeterium proprium, nec non alia pa-

---

*) VI. 205.

**) VI. 207. — Vgl. §§. 27. 613, die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 316 — 319) und v. Obernbergs Reisen durch den Isarkreis (II. 405—409). — Die Pfarrey Isen erfreute sich nach der Aufhebung des dortigen Collegiatstiftes bey der Organisation der Bevorzugung, daß sie gleich einer Stadtpfarrey dotirt wurde. Sie erhielt nebst dem Pfarrer zwey Cooperatoren. Das anfangs inkamerirte Frühmeßbeneficium wurde im Jahre 1812 mit einer fixen Geldcompetenz aus dem Staatsärar wieder hergestellt und im Jahre 1827 der Filialbezirk Innerpittelbach, bis dahin zu Pemering gehörig, der Pfarrey Isen zugetheilt. D.

***) VI. 208.

rochialia tenet, et cujus descriptio reperitur in primo volumine a fol. 345 (§. 27), præter capellam in cœmeterio habet alias duas ecclesias filiales, nempe in Schnaupping & Weiern.

Ecclesia filialis s. Joann. Bapt. in Schnaupping.

4. Ecclesia modica sed amœna, habet unum altare, in honorem s. Joannis Baptistæ consecratum*). Divina hic fieri solent in festo ss. Joann. Bapt. & Evang.; item in festo s. Marci hæc ecclesia visitatur processione. Item divina fiunt in feria II. Paschatis & Pentecostes. Dedicatio incidit in Dominicam post festum nativitatis B. M. V. Item per annum hic solent dici missæ contra grandines et tempestates. — Cœmeterium non adest. Sacristia habet paramenta pro necessitate et turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis & Præfectus Frisingensis in Burg-Rain. Das Vermögen dises Gotteshauses ist aus Abgang der Rechnungs-Extracten nit wüßlich.

Ecclesia filialis s. Laurentii in Weiern.

5. Ecclesia hæc angustioris structuræ tria habet altaria**): Altare majus, dedicatum in honorem s. Laurentii martyris, altare s. Sebastiani martyris & altare s. Christophori martyris.

Divina hic solent celebrari in tertia Dominica et in festo dedicationis et patrocinii, quod in festo s. Laurentii coincidit. — Cœmeterium hic adest cum ossuario & sepulturis. Item asservari hic solet oleum infirmorum. Sacristia provisa est paramentis sufficientibus & turris campanis benedictis duabus. Circa proventus hujus ecclesiæ eadem est ratio, quæ supra in Schnaupping.

*Capella in cœmeterio Collegiatæ in Isen****).*

6. Hujus capellæ descriptio reperitur in primo volumine, fol. 350 (§. 27. n. 7).

---

§. 362.

Parochia B^mæ Virginis in Kirchdorff prope Haag†).

1. Hæc Parochia fuit de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ tanquam Domini comitatus Haagensis in omni mense, prout

*) VI. 209. **) VI. 210. ***) VI. 211.

†) VI. 213. — Vgl. §§. 387. 602. 691 und die tabellarische Diöcesanbeschreibung (S. 319—324). — Diese große Pfarrey wurde nach langen Verhandlungen in der Art organisirt, daß dieselbe einen Pfarrer und zwey Cooperatoren erhielt, in Haag aber eine neue Pfarrey und in Ramsau und Maitenböth Expposituren

etiam antiqua matricula idem jus comitibus in Haag attribuit. Novissime autem de consensu altefati Serenissimi Electoris et authoritate Serenissimi ac Reverendissimi Domini Domini Joannis Theodori Episcopi Frisingensis, nec non assentiente Reverendissimo capitulo cathedrali sub dato 24 Nov. 1738 ista Parochia Collegiatæ s. Wolfgangi in Schwindtau fuit unita et incorporata, ita ut decedente moderno Parocho capitulum dictæ Collegiatæ possit præsentare Vicarium perpetuum, ab Episcopo ad curam approbandum et admittendum. — Modernus Parochus est R. D. Matthæus Pindtstainer ex instituto clericorum in commune viventium, ss. theol. Lic., ao. 1720 investitus. Dat pro primis*) fructibus 60 florenos. Imposterum neoelectus Decanus memoratæ Collegiatæ s. Wolfgangi prædictos primos fructus persolvet, Vicarius autem parochialis toties quoties ad curam admissus solvet jura cancellariæ.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula de illis legitur: *Item in dicta Parochia sunt quinque Sacellani providentes Beneficia & altaria in eadem ecclesia fundata, de quibus Comites de Haag plene disponunt. Item in fixis redditibus ex institutione habet 38 flor., item ex missis hebdomadalibus 17 flor. 3 β. dl. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 100 flor., inclusis minoribus pauci tamen valoris, confessionalia ad 9 flor., panes primitiales etc.* Item seynt zu diser Pfarr 33 Stift- und grundbahre Unterthanen gehörig. Die acta visitalia de ao. 1706 melden von 35 dergleichen Unterthanen. In Parochia tota gaudet Parochus potissimum tertia decimarum parte, excepto pago Rambsau, ubi integras decimas colligunt P. P. Augustiniani ibidem. Item recipit Parochus propter quatuor Cooperatores**), quos alere debet, ab ecclesiis suæ Parochiæ ferme ad 400 florenos. Integri proventus censentur melioribus annis ascendere ultra 1500 florenos. Econtra tenetur alere, prout dictum, quatuor Cooperatores et solvere cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 27 kr. 1 dl. — Domus parochialis elegans et ampla cum pertinentis non patitur notabiles defectus. — Notandum hic est ex actis visitalibus de ao. 1706, hunc Parochum et alios comitatus Haagensis non solvere Widumbsteur nec Jägergelt, sed loco horum angariatim convenire omnes Parochos & celebrare vigilias et divina pro defunctis Comitibus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 3240 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Kirchdorff habet alias octo ecclesias

---

errichtet wurden. Im Jahre 1827 gieng die Filiale Piramoos (Pürmoosen) von der damals aufgelösten Pfarrey Mittbach an die Pfarrey Kirchdorf über. In älterer Zeit haben auch die Pfarreyen Rieden und Rechtmehring als Filialen zu Kirchdorf gehört. D.

*) VI. 214. **) VI. 215.

filiales, nempe in Lengmos, Mattenböth, Berg, Windten, Oberndorff, Hoff, Limberg, s. Spiritus in hospitali oppidi Haag*) et capellam in arce ibidem, nec non capellam in cœmeterio parochiali**).

4. Ecclesia parochialis, inter rurales magnifica, habet octo altaria: *Altare majus* est dedicatum in honorem B^{mæ} Virginis, quæ hic beneficiis claret. In hac ara asservatur Sanctissimum. — *Altare s. Crucis.* — *Altare s. Josephi.* — *Altare B^{mæ} Virginis* est privilegiatum diebus Mercurii ratione confraternitatis ss. Scapularis hic ao. 1622 introductæ, quæ regi solet a proprio magistratu per substitutum vitricum. Item in hac ecclesia habetur pactum pro defunctis, sub dato 24 Mart. 1727 authoritate ordinaria confirmatum***). — *Altare ss. 14 Auxiliatorum.* — *Altare Matris dolorosæ*, quæ hic beneficiis clarescit. — *Altare s. Sebastiani martyris & altare Annæ.*

Divina hic peraguntur singulis diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur Dominica quarta post Pascha, patrocinium in festo assumptionis B. M. V. Præter alias etiam missas et anniversaria fundata et hic peragenda novissime Juliana Pecherin fundavit missam menstruam in hac ecclesia celebrandam assignata summa 300 florenorum. — Item reperitur veteri matriculæ annotatum: *Missa perpetua altaris s. Nicolai in Kirchdorf, de præsentatione Abbatis & conventus monasterii Rott, habet in omnibus redditibus circa 28 flor.* — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis †). Sacristia provisa est paramentis insignibus ac pretiosis & turris campanis tribus benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Præfectus comitatus Haagensis. Das aigentliche Vermögen dises Pfarrgotteshauses ist nit wüßlich, weilen von dem Landgericht Haag die Rechnungs-Extract nit wollen extradiret werden.

Capella s. Michaelis in cœmeterio.

5. Hæc capella sita est in cœmeterio amplo ecclesiæ parochialis, in quo omnes defuncti Parochiani solent sepeliri. Adest unum altare, in honorem s. Michaelis Archangeli erectum. Capella

*) VI. 216.

**) In der Pfarrey Kirchdorf lag auch das Augustinerkloster Ramsau (§. 53), mit welchem das im Jahre 1629 vom Herzoge Albert VI. in die Lorettokirche daselbst gestiftete Beneficium vereiniget war. Der Umfang des jetzigen Expositurbezirkes Ramsau ist in der tabellarischen Diöcesanbeschreibung (S. 323 u. 324) genau angegeben. — Eine Beschreibung der Lorettokirche zu Ramsau findet man auch in Haydt's Marianischem Augustiner-Schatz (S. 314 — 322). Vgl. von Obernberg's Reisen (II. 163), Zimmermanns geistl. Kalender, Rentamt München (S. 165 u. 166), Burgholzer's Beschreibung von München (S. 494) und Reithofer's Geschichte des Klosters Ramsau rc. D.

***) VI. 217. †) VI. 218.

creditur esse consecrata, dedicatio tamen non celebratur. Missa autem hic peragitur super portatili in die festo s. Michaelis. — Sub hac capella *crypta* est et in ea ossuarium*). Adest in ea altare, repræsentans Christum dolorosum, in quo subinde sacrificatur super portatili.

*Ecclesia filialis s. Aegidii in Lengmos***)*.

6. Ecclesia hæc honestæ structuræ tria continet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Aegidii Abbatis, altare Jesu, Mariæ, Joseph et altare B^mæ^ Virginis.

Divina hic solent fieri ordinarie secunda Dominica. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis, patrocinium vero in festo s. Aegidii Abbatis. Item per annum solent hic dici sex missæ pro frugibus terræ. — Cœmeterium seu area muro clausa adest quidem, sed non servit pro sepulturis. Sacristia habet paramenta decentia***) et turris campanas duas benedictas. — Circa proventus hujus ecclesiæ est eadem ratio, quæ apud ecclesiam parochialem, uti supra.

Ecclesia filialis s. Agathæ in Mattenbœth †).

7. Ecclesia recentioris & bonæ structuræ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Agathæ virginis martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare ss. Sebastiani & Rochi et altare s. Barbaræ virginis martyris.

Divina juxta ultimum recessum de dato 9 Nov. 1733 per quartum Cooperatorem, pro quo etiam prope hanc ecclesiam exstructa est habitatio pro casu necessitatis, nunc fiunt singulis diebus dominicis ac festivis, excepta Dominica dedicationis & festo ††) patrocinii ecclesiæ Oberndorff, et excepta Dominica dedicationis & patrocinii ecclesiæ in Windten, et excepto festo s. Magdalenæ. Item tenore dicti recessus tenetur quartus Cooperator per octo dies dominicas post Pentecosten applicare sacrum pro terræ frugibus. Dedicatio hujus ecclesiæ incidit in Dominicam tertiam post Pascha, patrocinium celebratur in festo s. Agathæ virginis martyris. — Cœmeterium proprium non adest. Sacristia bina habet paramenta numerosa & competentia & turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præ-

---

*) VI. 219.

**) Nach dem ersten Entwurfe zur Organisation der Pfarrey Kirchdorf vom Jahre 1807 sollte in Lengmoos eine eigene Pfarrey errichtet werden, die jedoch nicht zu Stande kam. Zu dem Cooperatursbezirke Lengmoos gehört auch die Filialkirche Limberg. D.

***) VI. 220.

†) Seit dem Jahre 1847 ist Mattenbeth eine der Pfarrey Kirchdorf untergeordnete Expositur. D.

††) VI. 221.

fecti comitatus Haagensis. Das Vermögen ist aus denen bey der Pfarrkirchen Kirchdorf allegirten Ursachen nit wüßlich.

Ecclesia filialis ss. Joannis & Pauli in Berg.

8. Ecclesia hæc pulchræ structuræ habet*) altaria duo: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Joannis & Pauli martyrum, et altare Jesu, Mariæ, Joseph.

Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica post festum nativitatis B. M. V.) et in festo ss. Joannis & Pauli, ubi hæc ecclesia visitatur processione. Item tempore æstivo hic dicuntur sex missæ contra tempestates. — Cœmeterium proprium nullum adest, sacristia habet paramenta melioris notæ. Turris continet campanas duas benedictas. — Circa proventus eadem est ratio, quæ supra ad ecclesiam Mattenbœth annotata est.

*Ecclesia filialis s. Jacobi in Windten***).*

9. Ecclesia modica habet unum altare, in honorem s. Jacobi Apostoli dedicatum***). Divina fieri solent in hac ecclesia in dedicatione (Dominica II. post festum s. Jacobi) et in patrocinio s. Jacobi Apostoli. Item in festo ss. Magdalenæ & Margaritæ. — Cœmeterium nullum adest. Sacristia habet paramenta pro necessitate. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Præfectum comitatus Haagensis. Aus obverstandnen Ursachen ist das aigentliche Vermögen dises Gottshauses nit wüßlich.

Ecclesia filialis ss. Catharinæ & Udalrici in Oberndorff.

10. Ecclesia hæc humilis structuræ unum habet altare, in honorem ss. Catharinæ & Udalrici dedicatum. Divina hic peraguntur in dedicatione (Dominica post festum s. Udalrici †) et in festo ss. Catharinæ & Udalrici. — Cœmeterium proprium non adest nec sacristia. Paramenta pro necessitate adsunt, et turris duas campanas benedictas tenet. — Circa proventus hujus ecclesiæ est eadem ratio, quæ apud alias est ecclesias hujus Parochiæ, uti supra notatum est.

Ecclesia filialis ss. Petri & Pauli in Hoff.

11. Ecclesia hæc amplioris structuræ habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Petri & Pauli, altare B^mæ Virginis & altare ss. Isidori & Wendelini.

Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica sexta post Pascha) et in festo patrocinii ss. Petri & Pauli. In festo s. Marci ista ec-

---

*) VI. 222.

**) Winden gehört zum Cooperaturbezirke Oberndorf. D.

***) VI. 223. †) VI. 224.

clesia visitatur processione*). — Cœmeterium nullum adest nec sacristia. Paramenta pro necessitate huc deportantur ex ecclesia parochiali. Turris continet duas campanas benedictas. — Circa proventus hujus ecclesiæ eadem est ratio, sicut dictum fuit apud alias ecclesias hujus Parochiæ. In hac ecclesia conspicitur insigne et magnificum mausoleum Ladislai Comitis Haagensis, ex ecclesia parochiali Kirchdorff ad hanc ecclesiam translatum.

Ecclesia filialis s. Oswaldi in Limberg.

12. Ecclesia hæc modica habet altare unum, in honorem s. Oswaldi consecratum. — Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica quinta post Pascha) et in festo s. Oswaldi martyris (die 5. Aug.). Item hic dicuntur quinque missæ contra tempestates**). — Cœmeterium adest nullum. Sacristia habet paramenta competentia et turris duas campanas benedictas. — Proventuum ratio est eadem, quæ in aliis ecclesiis hujus Parochiæ.

*Ecclesia filialis hospitalis s. Spiritus in oppido Haag****).*

13. Ecclesia hæc pulchræ structuræ habet quinque altaria: Altare majus, dedicatum Spiritui sancto, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Crucis, altare ss. Corporis Christi, quod est privilegiatum ratione confraternitatis perpetuæ adorationis Sanctissimi hic institutæ†), altare s. Joannis Nepomuceni & altare s. Antonii de Padua.

Divina solent hic fieri per Parochum in festo Pentecostes et in dedicatione (Dominica post festum s. Joannis Baptistæ). Item hic fiunt divina a Parocho vel Cooperatore in Dominicis ac festis a festo s. Martini usque ad Quadragesimam, exceptis Dominicis menstruis confraternitatis Scapularis in Kirchdorff. Item hic ex fundatione Elisabethæ Mayrin, authoritate ordinaria sub dato 10 Sept. 1738 confirmata, dicuntur 12 missæ menstruæ.

14. Anno 1715 Serenissimus Elector Bavariæ Maximilianus Emanuel ad hanc ecclesiam fundavit Beneficium, anno subsequente authoritate ordinaria confirmatum††). Beneficiatus tenetur diebus dominicis, Veneris & Sabbati missam ad intentionem alte-

---

*) VI. 225. **) VI. 226.

***) Die im Jahre 1807 hier errichtete organisirte Pfarrey (vgl. die tabellar. Diöcesanbeschr. S. 316) wird von dem Pfarrer und dem zur Aushülfe in der Seelsorge verpflichteten Beneficiaten pastorirt. — Ueber Haag sehe man Fr. Dion. Reithofer's chronologische Geschichte des Marktes Haag (1818. 8.), Lipowsky's Nationalgarde-Almanach (Jahrg. 1815, S. 127 u. 128), v. Hazzi's statistische Aufschlüße rc. (III. Bd. II. Abth. S. 478 — 513), das Ulmer-geograph. Lexikon v. Bayern (Artikel Haag u. Kirchdorf), v. Obernberg's Reisen (II. 165 — 172) rc. D.

†) VI. 227. ††) VI. 228.

fati Serenissimi Electoris, reliquis autem per hebdomadam diebus potest missas cum libera intentione celebrare. Item debet tanquam Curatus in oppido Haag residere. Dantur eidem von dem Bräuhaus zu Haag neben einer Quantität Bier annuatim 240 floreni. Jus præsentandi ad hoc Beneficium competit Serenissimo Electori Bavariæ tanquam Domino possessori comitatus Haagensis. Modernus Beneficiatus est R. D. Urbanus Hörmann, ao. 1721 investitus. Dat pro primis fructibus 12 florenos et ad episcopale seminarium 1 fl.

15. Item in hac ecclesia Beneficiatus in arce Haag, de quo mox infra, debet diebus dominicis celebrare primam missam eamque ad certam intentionem applicare. Acta visitalia de ao. 1706 faciunt etiam mentionem de diebus festivis. Item hic celebrat missam cum libera applicatione diebus Lunæ*) et Sabbati, et recipit propterea a filiali ecclesia in Berg 50 florenos. — Sacristia instructa est decentibus paramentis. Asservatur etiam hic oleum infirmorum. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Præfectus comitatus Haagensis. Das Vermögen ist aus öfters angezochenen Ursachen nit wüßlich.

Capella arcis electoralis Haag.

16. In hac arce vetustissima capella est satis formosa cum tribus altaribus: Altare majus est dedicatum in honorem ss. Joannis Baptistæ & Evangelistæ & Andreæ Apostoli, altare ss. trium Regum & altare ss. Barbaræ & Margaritæ virginum martyrum**).

Divina hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur in ipsa Dominica ss. Trinitatis. Patrocinium autem celebratur in festo nativitatis s. Joannis Baptistæ.

In hac capella fundatum est Beneficium, de quo tamen instrumentum fundationis non reperitur in actis ecclesiasticis, verosimiliter tamen fuit fundatum ab antiquissima familia Fraunbergiana, quæ olim comitatum Haagensem possedit. Beneficiatus celebrat hic diebus Mercurii missam, et diebus Veneris cantat missam cum applicatione ad intentionem fundatorum. Ad quid in ecclesia s. Spiritus teneatur, supra dictum est. Proventus hujus Beneficii censentur ultra 200 florenos se extendere. Habitat in ædibus ad Serenissimum Electorem pertinentibus. Jus præsentandi habet Serenissimus Elector Bavariæ tanquam Dominus comitatus Haagensis. Modernus Beneficiatus est R. D. Joannes Andreas Pollin, ao. 1738 investitus. Dat pro primis fructibus 10 florenos & ad seminarium episcopale 1 fl.***).

---

*) VI. 229. **) VI. 230.

***) VI. 231. — Das oben (n. 14.) beschriebene Markts- oder Spital-Beneficium, auch Beneficium ss. Trinitatis und Neunuhrbeneficium genannt, wurde seit

Cæteroquin capella hæc provisa est paramentis competentibus et conservatur a Serenissimo Electore Bavariæ.

---

§. 363.

Parochia s. Corbiniani in Mehring, dicta etiam Rechten-Mehring*).

1. Hæc Parochia erat de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ tanquam Domini comitatus Haagensis in omni mense, uti etiam colligitur ex veteri matricula; nunc autem vigore instrumenti inter Serenissimum Electorem & Ordinarium Frisingensem sub dato 31 Oct. 1738 incorporata fuit Collegiatæ s. Wolfgangi in Schwindtau, cujus capitulum Episcopo nominat Vicarium, ad curam animarum adprobandum & admittendum. — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Jacobus Henrici, dictæ Collegiatæ Canonicus, ao. 1738 admissus. Neoëlectus Decanus memoratæ Collegiatæ debet semper solvere pro primis fructibus 65 florenos**), Vicarius autem, toties quoties admissus, solvit jura cancellariæ 10 fl.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula de his legitur: *Item de missis hebdomadalibus 8 fl. 4 β. dl. Item de anniversariis fundatis & aliis fundationibus 9 flor. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 60 florenos, minores ad 1 fl., confessionalia ad 6 flor. Panes primitiales parochiani nunc solvere recusant.* In decimis potissimum censetur Parocho accedere tertia pars, reliquas duas partes colligunt Serenissimus Elector Bavariæ & Episcopus Ratisbonensis, tanquam Dominus dynastiæ Hochenburg. Integri fructus hujus Parochiæ censentur melioribus annis 1000 florenos excedere. Non solvitur de hac Parochia Widumbsteur, Jägergelt, nec Vogtey. Ratio hujus exceptionis notatur ad Parochiam Kirchdorff supra fol. 215. In veteri matricula notatur, Parochum habere Coopera-

---

der Errichtung einer Pfarrey in Haag nicht mehr besetzt, sondern die Verpflichtung zur Lesung der Beneficialmessen ist auf den Pfarrer übergegangen; das Schloß-Beneficium aber (Beneficium s. Spiritus, Siebenuhrbeneficium) wurde im Jahre 1811 als ein Hülfspriester-Beneficium erklärt, wonach der Beneficiat nunmehr bey der Pfarrey Haag die Verrichtungen eines Cooperators zu machen hat. D.

*) VI. 233. — Vgl. §. 394. 601 u. 691 und die tabellar. Diöcesanbeschreibung (S. 324 — 327). D.

**) VI. 234.

torem, qui nunc non amplius, sed Provisor habetur ad libitum*), qui habitat in separata ædicula penes domum parochialem, quæ cum pertinentiis reformatione indigeret**). Solvit Vicarius parochialis cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 27 kr. 1 dl., ad seminarium episcopale 3 fl., ad ecclesiam parochialem in Kirchdorff ain Pfundt Wachs.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1250 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Mehring habet quatuor ecclesias filiales, nempe in Hochhaus, item in Hochhaus dicta im Häckelthall, Reith & Freymehring.

4. Ecclesia parochialis est valde spectabilis structuræ & habet quatuor altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Corbiniani Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum***); altare Matris dolorosæ, quæ hic beneficiis clarescit (ara ipsa necdum est consecrata); altare s. Annæ & altare s. Sebastiani martyris.

Divina celebrantur hic ordinarie in omnibus dominicis ac festivis diebus, exceptis dedicationibus & patrociniis ecclesiarum filialium. Dedicatio hujus ecclesiæ celebratur Dominica post assumptionem B. M. V., patrocinium autem in festo s. Corbiniani Episcopi. Item hic adest *confraternitas* s. Sebastiani, ratione cujus altare ejusdem Sancti diebus Veneris privilegiatum est pro defunctis ex eadem confraternitate, cujus, cum necdum sit sufficienter fundata, curam privative gerit Vicarius parochialis. — Baptisterium adest cum sacris oleis. Cœmeterium hic adest pro tota Parochia cum ossuario & sepulturis. Sacristia †) provisa est paramentis melioribus ac valde decentibus. Turris habet tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Vicarius parochialis & Præfectus comitatus Haagensis. Das Vermögen dieses Pfarrgottshauses solle diser Zeit gegen 1300 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis s. Wolfgangi in Hochhaus.

5. Ecclesia hæc in colle sita, veteris structuræ & reparatione indiga, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Wolfgangi Episcopi, altare Christi patientis et altare s. Barbaræ virginis martyris.

Divina hic peragi solent in dedicatione (Dominica ante festum s. Bartholomæi ††) et in Dominica II. post Pentecosten. Item hic per annum plura fiunt sacra votiva ad s. Barbaram. — Cœmeterium

---

*) VI. 235.

**) Bey der nach der Aufhebung des Collegiatstiftes St. Wolfgang vorgenommenen Organisation der Pfarrey Mehring wurde für dieselbe nebst dem Pfarrer auch ein ständiger Cooperator dotirt. D.

***) VI. 236. †) VI. 237. ††) VI. 238.

non adest. Sacristia non habet paramenta, sed ea huc deportantur ex ecclesia s. Wolfgangi in valle sita. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub eadem cura, sicut ecclesiæ parochialis. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet dermahlen gegen 500 fl. sich erstreckhen.

Ecclesia filialis s. Wolfgangi in Hochhaus dicta im Häkelthall.

6. Ecclesia hæc recentioris structuræ, sita in valle & priori ecclesiæ s. Wolfgangi vicina, habet tria altaria: Altare majus*), dedicatum in honorem s. Wolfgangi Episcopi, qui hic beneficiis immo miraculis claret, altare s. Alberti & altare s. Chunegundis virginis.

Divina hic peraguntur in dedicatione (Dominica post festum s. Bartholomæi), item in festo s. Wolfgangi. Item juxta acta visitalia de ao. 1706 hic dicitur missa hebdomadalis propter additionem 30 florenorum, Parocho ab ecclesia factam. Votiva etiam sacra multa solent peragi ad s. Wolfgangum. — Cœmeterium non adest; sacristia provisa est decentibus paramentis & turris duabus campanis benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ sunt etiam sub priori cumulativa administratione. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet sich diser Zeit gegen 6500 fl. belauffen**).

Ecclesia filialis s. Georgii in Reith.

7. Ecclesia hæc parva altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, altare B^mæ Virginis & altare s. Sylvestri Papæ.

Divina hic fiunt in dedicatione (Dominica II. post festum assumptionis B. M. V.) et in festo s. Georgii martyris. — Cœmeterium non adest. Sacristia habet paramenta pro necessitate et turris duas campanas benedictas***). — Proventus hujus ecclesiæ sunt etiam sub cura Vicarii parochialis & Præfecti comitatus Haagensis. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet diser Zeit gegen 2600 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Andreæ in Freymehring.

8. Ecclesia hæc reparata altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Andreæ Apostoli, altare B^mæ Virginis Oettinganæ & altare ss. Catharinæ & Margaritæ virginum martyrum†).

Divina hic peraguntur in dedicatione (Dominica post festum s. Matthæi Apostoli) et in festo s. Andreæ & s. Catharinæ. Feria tertia rogationum ista ecclesia visitatur processione. Votiva etiam sacra plura fiunt ad Beatissimam Virginem Oettinganam. — Cœmeterium quidem adest, sed non servit modo pro sepulturis, siqui-

*) VI. 239. **) VI. 240. ***) VI. 241. †) VI. 242.

dem solum tempore pestis infecti hic sepeliebantur. Sacristia provisa est necessariis paramentis et turris duabus campanis benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis et Præfectus comitatus Haagensis. Das Vermögen dises Gottshauses solle diser Zeit gegen 9300 fl. betragen.

---

§. 364.

Parochia s. Urbani in Mittbach *).

1. Anno 1449 Joannes III. Episcopus Frisingensis ecclesiam parochialem ss. Georgii & Catharinæ in Burgrain cum suis filialibus Mittbach, Cronackher & Pirmosen univit & incorporavit Collegiatæ s. Zenonis in Isen, ita, ut capitulum hujus Collegiatæ possit præsentare Vicarium perpetuum, qui eidem capitulo annuatim solvat octo ducatos, quam pensionem ipsum capitulum augere non possit. Non fit mentio in instrumento hujus unionis de consensu capituli cathedralis. Quo autem tempore contigerit, ut vice versa ecclesia Mittbacensis elevata sit in parochialem & ecclesia in Burgrain modo habeatur pro filiali, non constat ex actis. In veteri matricula inter filiales Mittbacenses jam numeratur ecclesia s. Georgii in Burgrain, additis tamen his verbis: *quæ olim fuit parochialis* **). — Modernus Vicarius parochialis est R. D. Mathias Öttl, ao. 1728 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis et accidentiis stolæ. In veteri matricula de his legitur: *Item in fixis redditibus & institutione habet circiter 8 flor. etc. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 50 florenos; minores ad 1 flor., confessionalia ad 4 flor., panes primitiales ad 2 flor. etc. Item est incorporata dicto capitulo in Isen pro 9 tl. dl.* Vicarius parochialis colligit integras decimas in Mittbach & Pirmosen, tertiam partem in Cronackher; in Burgrain decimis gaudet Collegiata

---

*) VI. 245. — Vgl. §§. 390. 604. 691 und die tabellar. Diöcesanbeschreibung (S. 327 u. 328). Im Jahre 1827 wurde der Sitz dieser Pfarrey von Mittbach nach Hohenlinden verlegt und hiermit das Beneficium an letzterem Orte zu einer Pfarrey erhoben, welche den Namen Hohenlinden führt. Die Filialen dieser Pfarrey sind Kronacker und Preisendorf (früher ein Filialbezirk der Pfarrey Pemering). — Der Sepultursbezirk Mittbach und der Filialbezirk Burgrhain wurden der Pfarrey Pemering, der Filialbezirk Piramoos der Pfarrey Kirchdorf bey Haag zugetheilt. D.

**) VI. 246.

Isanensis. Item ex actis habetur, ein Pfarrer dieß Orths habe einen Widen-Bauern zu stiften, gibt jährlich Gilt 6 fl. Ein Meßner 6 β. dl. Integri proventus hujus Parochiæ seclusis decimis in Burgrain censentur melioribus annis conficere ultra 500 florenos. Econtra Vicarius parochialis tenetur, Collegiatæ Isanensi præstare annuatim pensionem 30 florenorum*), cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 27 kr. 1 dl., ad seminarium episcopale 2 fl. — Domus parochialis cum pertinentiis novæ & valde honestæ est structuræ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 868 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Mittbach habet quatuor ecclesias filiales, nempe in Cronackher, Hechenlindten, Pirmosen & Burgrain.

4. Ecclesia parochialis, noviter reædificata & satis pulchra, altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Urbani Pontificis martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ Virginis sine labe conceptæ et altare s. Udalrici**).

Divina hic peraguntur tertia Dominica, alternando cum ecclesiis Cronackher & Burgrain, item in festis Epiphaniæ Domini, ss. Sebastiani, Mathiæ, Josephi, annunciationis B^mæ Virginis, Cœna Domini, feria II. Paschatis, ss. Laurentii, Michaelis, Martini, Nicolai, Thomæ Apostoli, Nativitatis Domini & Stephani protomartyris. Dedicatio celebratur Dominica sexta post Pascha & patrocinium in festo s. Urbani Pontificis martyris. Item hic dicuntur 12 missæ menstruæ ex fundatione Christophori Prändtl civis monacensis & Mariæ Annæ uxoris ejus. Dederunt pro fundo prædiolum in Farnbach. — Baptisterium hæc ecclesia non habet, licet pro parochiali habeatur, sed illud est in ecclesia Cronackher. Adsunt autem sacra olea, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est competentibus paramentis & turris campanis tribus benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis & Præfectus Frisingensis in Burgrain. Das Vermögen dises***) Pfarrgottshauses ist aus Abgang der Rechnungs-Extracte, welche von dem Pfleggericht Burgrain nit pflegen extradiert zu werden, nit aigentlich wüßlich.

Ecclesia filialis ss. Joann. Bapt. & Ev. in Cronackher.

5. Ecclesia hæc, satis pulchra & reædificata, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Joannis Evangelistæ, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ Virginis & altare s. Joannis Baptistæ.

Divina hic ordinarie peraguntur in tertia Dominica, alternando cum ecclesiis Mittbach & Burgrain, item in Dominicis quatuor temporum, item in festis Circumcisionis, purificationis, palmarum, Parasceves, Sabbato sancto †), Dominica Paschatis, feria tertia Pascha-

---

*) VI. 247. **) VI. 248. ***) VI. 249. †) VI. 250.

tis, ss. Philippi & Jacobi, Ascensionis, Joannis ante portam latinam, festo Pentecostes, Corporis Christi, Dominica infra octavam Corporis Christi, in festo s. Jacobi, Petri & Pauli, assumptionis, Matthæi, Simonis & Judæ, omnium Sanctorum, commemorationis fidelium defunctorum, præsentationis, Nativitatis Domini & s. Joannis Evangelistæ. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum nativitatis B. M. V. Item singulis Sabbatis solet hic dici missa, non tamen ex obligatione. — Baptisterium in hac ecclesia adest, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta competentia & turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Vicarius parochialis & Dominus hoffmarchiæ Cronackher, qui defacto est Dominus Baro de Alten-Fraunhoffen. Das Vermögen dises Gottshauses solle diser Zeit gegen 3600 fl. ausmachen.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Hechenlindten *)*.

6. Ecclesia satis honestæ structuræ; adsunt tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis, ubi etiam colitur particula de s. Cruce, altare s. Annæ & altare ss. Innocentium martyrum.

Divina hic peraguntur a Parocho in die dedicationis & postridie. Anno 1512 Vitus Abbas, Stephanus Prior & conventus Eberspergensis fundaverunt ad hanc ecclesiam Beneficium trium missarum hebdomadalium & dederunt præter alia den aignen freyen grossen Zechent zu Hechenlindten sambt dem Heu-Zechent. Moderni redditus hujus Beneficii præter domum beneficialem, quæ juxta acta visitalia de ao. 1706 conservatur ab ecclesia, 70 florenos parum**) excedent. Nunc Rector collegii soc. Jesu Monacensis præsentat Beneficiatum, qui tamen non investitur, sed tantum ut amovibilis admittitur, nec primos fructus solvit. Modernus Beneficiatus est R. D. Casparus Greiff, ao. 1725 admissus. Solvit ad seminarium episcopale 1 fl. Idem Beneficiatus ex fundatione Georgii Kæser hospitis in Albaching & Mathiæ Kæser hospitis in Hechenlindten debet in diebus dominicis ac festivis, eo tamen modo, quo in fundationis hujus confirmatione de dato 14 Febr. 1725 cum aliis conditionibus notati sunt, in hac ecclesia celebrare primam missam. Dederunt pro fundo eine Sölden in der Hofmarkh Hechenlindten. — Cœmeterium hic non adest. Sacristia provisa est paramentis competentibus & turris duabus campanis benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & judicis hoffmar-

*) VI. 251. — Ueber die Schlacht bey Hohenlinden vom 3. Dec. 1800 sehe man Riedl's Reiseatlas von Bayern (III. 18 — 36), die österreichische militärische Zeitschrift (Jahrg. 1836. X. Heft), die Schlacht bey Hohenlinden nebst den vorhergegangenen und nachgefolgten Bewegungeu beider Heere, von einem baierischen Officier. Münch. 1803. 8. ꝛc. D.

**) VI. 252.

chiæ[*]) Ebersperg. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet sich diser Zeit gegen 3000 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Agathæ in Pirmosen.

7. Ecclesia hæc modica, sed tamen amœna, altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Agathæ virginis martyris, quæ hic claret beneficiis. In hac etiam ara asservatur Sanctissimum. — Altare ss. 14 Auxiliatorum.

Divina hic solent peragi in dedicatione (Dominica ante festum s. Bartholomæi), in festo s. Agathæ, semel infra octavam Corporis Christi et semel infra octavam Sanctorum omnium. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria & turris duas campanas benedictas[**]). — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis & Præfectus comitatus Haagensis. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet diser Zeit sich gegen 400 fl. belauffen.

Ecclesia filialis s. Georgii in arce Burgrain.

8. Ecclesia hæc castri Burgrain habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis & altare s. Chunegundis virginis.

Divina hic fiunt in tertia Dominica, alternando cum ecclesiis Mittbach & Cronackher. In diebus festivis aliquis Canonicorum Collegiatæ Isanensis hic divina peragit. Item hic Parochus diebus Veneris dicit missam cum libera applicatione. Dedicatio celebratur in[***]) Dominica post festum s. Francisci Seraphici, patrocinium autem in festo s. Georgii martyris. Cœmeterium non adest. Sacristia habet paramenta decentia & turris campanas duas benedictas. Ipsa ecclesia conservatur a præfectura Burgrainensi.

---

§. 365.

Parochia s. Margaritæ in Pemering †).

1. Hanc Parochiam ao. 1383 Bertholdus Episcopus Frisingensis Decanatui collegiatæ ecclesiæ s. Joannis Baptistæ in monte Fri-

*) VI. 253. **) VI. 254. ***) VI. 255.

†) VI. 257. — Vgl. §§. 393 610. 691 und die tabellarische Diöcesanbeschreibung (S. 329). — Im Jahre 1827 wurde die Filiale Reithofen der Pfarrey Buch am Burgrhain, die Filiale Innerpittelbach der Pfarrey Isen und die Filiale

singensi donavit & incorporavit accedente consensu capituli cathedralis. Decanus igitur dictæ Collegiatæ præsentat Vicarium parochialem perpetuum, ab Episcopo instituendum. — Modernus Vicarius est R. D. Martinus Roming, ao. 1732 investitus. Dat pro primis fructibus 24 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, ex decimis et stola. De his legitur in veteri matricula: *Item in fixis redditibus & institutione habet circiter 7 flor., item ex missis hebdomadalibus 5 flor. 3 β. dl. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat ad 24 flor., confessionalia ad 2 ß. dl. Item panes primitiales æstimat ad 2 flor.**). Decimas in Preisendorff Vicarius percipit integras, ausgenommen den heiligen Zechent, so zu der Kirchen gehörig; in reliquis ecclesiis filialibus recipit tertiam partem, condecimantibus Pemering & Pietlbach, monasterio Gars & duabus aliis nobilibus familiis in Reithofen. Seynt auch, wie aus denen Actis abzunehmen, drey Widengütl..... gehörig. Integri proventus Parochiæ melioribus annis 500 florenos videntur transcendere. Econtra solvit Vicarius Decano Collegiatæ s. Joannis Baptistæ annuam pensionem 60 florenorum, cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 27 kr. 1 dl., ad seminarium episcopale 2 fl. — Domus parochialis incommoda cum pertinentiis reparatione indigeret.
Communicantes hujus Parochiæ novissime 360 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Pemering habet quatuor ecclesias filiales, nempe in Wetting, Preisendorff, Reithofen & Innern-Pietlbach**).

4. Ecclesia parochialis renovata tria continet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis martyris, in quo asservatur Sanctissimum & colitur particula de ossibus s. Margaritæ, altare s. Liborii & altare s. Floriani martyris.

Divina hic peraguntur ordinarie in tertia Dominica, in festis solennibus Domini, excepto festo Ascensionis, quod celebratur in Reithofen, item in Dominicis angarialibus & in festis B^{mæ} Virginis et Apostolorum (festum tamen s. Jacobi celebratur in Wetting), item in aliquibus aliis festis per annum. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Bartholomæi et patrocinium in festo s. Margaritæ virginis martyris. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum sepulturis***) et ossuario. Sacristia

---

Preisendorf der neuerrichteten Pfarrey Hohenlinden zugetheilt, Pemering aber dafür durch Parcellen der damals nach Hohenlinden verlegten Pfarrey Mittbach entschädiget. Die jetzigen Filialen von Pemering sind: Mittbach (bis 1827 eine eigene Pfarrey), Burgrhain (früher eine Filiale der Pfarrey Mittbach) und Wetting. D.

*) VI. 258. **) VI. 259. ***) VI. 260.

tenet paramenta sufficientia et in turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & Præfecti in Burgrain. Das Vermögen dises Pfarrgottshauses ist aigentlich nit wüßlich aus Abgang der Rechnungs-Extracte, welche das Pfleggericht Burgrain nit will abfolgen lassen.

Ecclesia filialis s. Pancratii in Wetting.

5. Ecclesia modica, reparata, unum habens altare, in honorem s. Pancratii & ss. 14 Auxiliatorum dedicatum. Dedicatio hic celebratur Dominica ante festum ss. Simonis & Judæ. Patrocinium celebratur in festo s. Pancratii martyris. Item hic divina fiunt in festis ss. Jacobi, Martini, Nicolai. Item hic dicitur missa hebdomadalis diebus Veneris cum libera applicatione *). — Cœmeterium proprium non adest. Sacristia tenet paramenta sufficientia & turris duas campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Vicarius parochialis & Præfectus electoralis in Arding. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet diser Zeit gegen 1800 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Stephani in Preisendorff.

6. Ecclesia hæc, satis pulchre renovata, tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Stephani protomartyris, in quo asservatur Sanctissimum **), altare Christi crucifixi & altare s. Nicolai Tolentini.

Divina hic ordinarie fiunt in Dominica tertia, alternando cum ecclesiis Pemering & Reithofen, item in festo inventionis s. Crucis, s. Francisci & s. Stephani. Dedicatio celebratur Dominica quarta post Pascha. — Cœmeterium adest cum ossuario ac sepulturis. Sacristia tenet paramenta sufficientia & turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii parochialis & P. Prioris monasterii Eremitarum s. Augustini in Rambsau tanquam Domini loci hoffmarchialis. Das Vermögen dises Gottshauses solle diser Zeit gegen 1000 fl. betragen ***).

Ecclesia filialis s. Michaelis in Reithofen.

7. Ecclesia pulchra & etiam opulenta, tria continet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Michaelis, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Christophori martyris & altare s. Wolfgangi Episcopi.

Divina hic ordinarie fiunt in tertia Dominica, alternando cum ecclesiis Pemering & Preisendorf, item in Cœna Domini, item festo Ascens. Domini, Dominica infra octavam Corporis Christi & in festo s. Joann. Bapt. Dedicatio incidit in Dominicam ante festum s. Galli, patrocinium autem in festum s. Michaelis. — Hic etiam asservatur

*) VI. 261. **) VI. 262. ***) VI. 263.

aqua baptismalis cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario et*) sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia & turris tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub administratione Vicarii parochialis & Præfecti electoralis in Arding. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet diser Zeit gegen 13000 fl. betreffen.

Ecclesia filialis s. Udalrici in Innern-Pietlbach.

8. Ecclesia hæc antiqui operis habet duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Udalrici Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, et altare Matris dolorosæ. — Divina hic fieri solent in festo s. Agathæ, feria quarta Paschatis & Pentecostes, in Dominica post assumptionem B. M. V., in festo Innocentium martyrum. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Michaelis et patrocinium in festo s. Udalrici Episcopi**). — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta necessaria et turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis & Præfectus in Burgrain. Das Vermögen dises Gottshauses ist aus Abgang der Rechnungs-Extracte nit wüßlich.

---

§. 366.

Parochia s. Catharinæ in Pfaffing***).

1. Anno 1269 Conradus II. Episcopus Frisingensis consentiente capitulo cathedrali hanc Parochiam pleno jure univit et incorporavit monasterio Weichenstephanensi ordinis s. Benedicti, cujus Abbas & conventus, ad quem jus patronatus & magna pars decimarum ab antiquo jam spectabat, præsentare debet Vicarium perpetuum, ab Episcopo instituendum. — Modernus Vicarius est R. P. Nonnosus Schindler, in eodem monasterio professus, ao. 1735 ad curam admissus. Notandum, quod, quoties hactenus admissus et ad hanc Parochiam expositus fuit Vicarius regularis, ille solverit jura cancellariæ, et neoelecto Abbati in Weichenstephan incumbebat solvere pro primis fructibus 25 florenos. Cum autem vi decreti de dato 20 Junii 1735 post obitum †) moderni Abbatis Ilde-

*) VI. 264. **) VI. 265.

***) VI. 267. — Vgl. §§. 393. 609. 691 und die tabellarische Diöcesanbeschreibung (S. 329 — 331). D.

†) VI. 268.

phonsi non amplius regularis, sed clericus sæcularis pro Vicario perpetuo sit præsentandus & instituendus, tunc iste debebit solvere dictos primos fructus.

2. Proventus hujus Parochiæ recipiuntur ex manso, ex decimis et stolæ accidentiis. In veteri matricula legitur: *Item de missis hebdomadalibus 7 flor. Item omnes majores decimas frumentorum æstimat communibus annis ad 16 flor. inclusis minoribus, confessionalia ad 6 flor.* Condecimant nobilis Dominus de Schobing & Domina Reitterinn in Wasserburg. Integri fructus hujus Parochiæ creduntur melioribus annis ad 800 florenos posse ascendere. Econtra tenetur Vicarius, alere Cooperatorem, solvere Widumbsteuer 3 fl. 35 kr, dem Pfleggericht Wasserburg 1 fl. 8 kr. 2 dl. (antiqua etiam matricula indicat Jägergelt 1 ß. dl.), cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 27 kr. 1 dl., ad seminarium episcopale 4 fl., et si imposterum Vicarius futurus sit clericus sæcularis, indubie etiam præstabit annuam*) absentiam monasterio Weichenstephanensi. — Domus parochialis cum pertinentiis non patitur graves defectus.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 460 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Pfaffing habet tres ecclesias filiales, nempe in Ibermeess, Rettenbach & Eberach.

4. Ecclesia parochialis elegantis formæ, reparata & nova consecratione indigens, habet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Catharinæ virginis martyris, in quo asservatur Sanctissimum et colitur particula de s. Cruce, altare B^mæ Virginis & altare s. Georgii martyris.

Divina hic peraguntur alternative in diebus dominicis et festivis cum ecclesia in Ibermeess. Dedicatio solita est celebrari**) in Dominica ante festum s. Jacobi, patrocinium autem celebratur in festo s. Catharinæ virginis martyris. Item acta visitalia de ao. 1706 indicant missam hebdomadalem diebus Sabbati cum applicatione pro fundatoribus. — Cæteroquin constat ex actis, Conradum Wertter, Parochum hujus loci, ao. 1473 fundasse missam hebdomadalem, diebus Veneris celebrandam in ara s. Bartholomæi, olim auf der Parrkirchen sita, de qua missa extat decretum episcopale de dato 10 Nov. 1678, kraft dessen ein Pfarr-Vicarius dise Wochenmeß nach beliebiger Intention lesen möge, doch gleichwohlen dises Stifters des Jahrs viermal, als zu denen quatemberlichen Zeiten, seiner Intention gemäß gedenken solle. Item hic adest *confraternitas* fidelium defunctorum, incorporata Monacensi ad s. Laurentium in Altenhoff, et administratur a Vicario parochiali & duobus assistentibus***). — Baptisterium hic adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & se-

---

*) VI. 269. **) VI. 270. ***) VI. 271.

pulturis. Sacristia decentia habet paramenta et turris campanas tres benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis et Præfectus electoralis in Wasserburg. Das Vermögen dises Pfarr-Gottshauses wirdet diser Zeit gegen 500 fl. austreffen.

Ecclesia filialis s. Margaritæ in Ibermeess.

5. Ecclesia hæc elegantis formæ, consecratione nova indigens, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Margaritæ virginis martyris, in quo tempore æstivo solet asservari Sanctissimum, altare Bmæ Virginis & altare s. Stephani.

Divina hic diebus dominicis & festivis *) solent alternative cum ecclesia parochiali peragi. Festum s. Stephani hic celebratur. Dedicatio hactenus celebrata fuit in Dominica secunda ante festum s. Jacobi, patrocinium autem in festo s. Margaritæ virginis martyris. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis sufficientibus & turris campanis duabus benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & Præfecti electoralis in Wasserburg. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet diser Zeit gegen 1200 fl. betreffen.

Ecclesia filialis ss. Petri & Pauli in Rettenbach.

6. Ecclesia hæc bene ornata tenet altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Petri & Pauli, in quo asservatur Sanctissimum **) et colitur particula de s. Cruce, altare Bmæ Virginis et altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic peragi solent Dominica secunda, alternando cum filiali ecclesia Eberach, item in festis ss. Apostolorum & ss. Innocentium martyrum. Dedicatio celebratur in Dominica ante festum s. Bartholomæi, patrocinium vero in festo ss. Petri & Pauli. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis competentibus, et turris campanas habet duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Vicarii parochialis & Præfecti electoralis in Wasserburg. Das Vermögen dises Gottshauses solle diser Zeit gegen 1300 fl. sich belauffen ***).

Ecclesia filialis s. Crucis in Eberach.

7. Ecclesia hæc pulchra & bene structa altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Crucis, de qua particula hic colitur, altare Bmæ Virginis & altare ss. 14 Auxiliatorum.

Divina hic peragi solent in Dominicis alternative cum ecclesia Rettenbach, item in festis Bmæ Virginis & aliis festis per annum, exceptis Apostolorum, item in festis inventionis, ubi concurrit dedicatio hujus ecclesiæ, et exaltationis s. Crucis, ubi hæc ecclesia

*) VI. 272. **) VI. 273. ***) VI. 274.

visitatur processione. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario et sepulturis. Sacristia competenter instructa est paramentis. Turris continet campanas duas benedictas*). — Proventus hujus ecclesiæ administrat Vicarius parochialis & Præfectus electoralis in Wasserburg. Das Vermögen dises Gottshauses solle diser Zeit bis 1700 fl. sich belauffen.

---

§. 367.

Parochia s. Martini in Puech am Puechrain**).

1. Hæc Parochia antea in alternis mensibus fuit de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ & de libera collatione Episcopi Frisingensis, nunc autem vigore compositionis, inter Serenissimam Domum Bavaricam & Ordinariatum Frisingensem de dato 31. Dec. 1733 et 4 Jan. 1734 occasione novæ Collegiatæ s. Wolfgangi in Schwindtau initæ, ista Parochia est de libera collatione Episcopi in omni mense. Modernus Parochus est Joannes Franciscus Grueber, ss. theol. Lic., ao. 1737 investitus. Dat pro primis fructibus 40 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis et stola. In veteri matricula de illis legitur: *Item in fixis redditibus ex institutione 4 flor. 60 dl. Item de missis hebdomadalibus 2 flor. Item omnes majores decimas frumentorum œstimat ad 80 flor., confessionalia ad 5 flor., panes primitiales ad 4 flor.****). Decimas potissimum in tertia parte recipit Parochus, in Harthofen autem et aliquibus aliis prædiis integras decimas. Item seynt zu diser Pfarr vier Widumb-Widengüetl in folgenten Orthen gehörig: als Dating, Haidtberg, Ober-Puechrain, Forstern. Integri proventus melioribus annis censentur se extendere posse ad 1200 florenos. Econtra tenetur Parochus alere Cooperatorem. Item juxta acta visitalia de ao. 1706 solvit Widensteur 10 fl., cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis 27 kr. 1 dl., ad seminarium episcopale 4 fl. — Domus parochialis cum pertinentiis honestæ structuræ est.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 750 numerati sunt.

---

*) VI. 275.

**) VI. 277. — Vgl. §§. 381. 612. 691 und die tabellarische Diöcesanbeschr. (S. 513 u. 514). D.

***) VI. 278.

3. Ecclesia parochialis in Puech habet alias quinque ecclesias filiales, nempe in Puelach, Forstern, Dating, Harthofen & Haidtberg*).

4. Ecclesia parochialis, elegantioris inter rurales formæ, habet altaria tria**): Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare B^mæ^ Virginis & altare ss. Petri & Sebastiani.

Divina hic ordinarie peraguntur in omnibus diebus dominicis et festivis, exceptis dedicationibus filialium et festis B^mæ^ Virginis. Dedicatio hujus ecclesiæ et patrocinium coincidunt in festo s. Martini Episcopi. — Baptisterium hic habetur cum oleis sacris, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia decentia habet paramenta et in turri sunt tres campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Arding. Das Vermögen dises Pfarr-Gottshauses hat in letzter Rechnung 635 fl. 2 kr. 1½ hl. betragen***). Item wirdet in denen Kirchenrechnungen eine Arme-Seelen-Bruederschaft angedeuthet, welche auch cumulative administriret wirdet und deren Vermögen auf 127 fl. 46 kr. 3½ hl. sich entworffen hat.

Ecclesia filialis s. Jacobi in Puelach.

5. Ecclesia communis inter rurales fabricæ, altaria habet duo: Altare majus, dedicatum in honorem s. Jacobi Apostoli, et altare ss. Innocentium martyrum.

Divina hic solent peragi in dedicatione (Dominica post festum s. Matthæi), item in festis s. Jacobi Apostoli, Augustini, ss. Innocentium martyrum & in feria quarta Paschatis & Pentecostes. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta necessaria & turris duas campanas benedictas †). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Arding. Das Vermögen dises Gottshauses hat in letzter Rechnung 2432 fl. 1 kr. 3 hl. ausgemacht.

Ecclesia filialis ss. Petri & Pauli in Forstern.

6. Ecclesia hæc honestæ structuræ altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Petri & Pauli Apostolorum, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Stephani protomartyris et altare s. Erasmi martyris.

Divina hic solent peragi ordinarie in Dominicis alternando cum

---

*) Im Jahre 1827 wurde der Filialbezirk Reithofen von der Pfarrey Pemering getrennt und der Pfarrey Buch zugewiesen. Jetzt besteht dort eine Expositur. D.

) VI. 279. *) VI. 280. †) VI. 281.

ecclesia in Harthofen, item in festis Paschæ & Pentecostes & s. Stephani. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Michaelis et patrocinium*) in festo ss. Petri & Pauli. Item olim fuit prætensa a rusticis hujus loci missa hebdomadalis. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta sufficientia & turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Schwaben. Das Vermögen dises Gottshauses hat in letzter Rechnung 1742 fl. 47 kr. 2 dl. betroffen.

Ecclesia filialis B^mæ^ Virginis in Dating.

7. Ecclesia hæc valde elegans & ampla habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem B^mæ^ Virginis, cujus statua hic beneficiis clarescit et multis processionibus visitatur. In hac ara asservatur Sanctissimum. — Altare s. Josephi & altare s. Georgii martyris**).

Divina hic peraguntur in festis B^mæ^ Virginis et Apostolorum et plerumque in festis aliis per annum. Dedicatio celebratur in Dominica post nativitatem B^mæ^ Virginis. Item dicitur hic missa hebdomadalis diebus Sabbati cum libera applicatione et fiunt multa sacra votiva ad Beatissimam Virginem in hoc loco beneficam. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet decora paramenta & turris tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Arding. Das Vermögen dises Gottshauses ist laut letzter Rechnung in 6519 fl. 54 kr. 1 dl. bestandten.

Ecclesia filialis s. Andreæ in Harthofen.

8. Ecclesia hæc vilioris structuræ habet altaria tria: Altare majus***), dedicatum in honorem s. Andreæ Apostoli, altare s. Mathiæ & altare s. Gregorii Papæ.

Divina hic peraguntur ordinarie in Dominicis alternando cum ecclesia in Forstern, item in festo s. Sylvestri. Dedicatio incidit in Dominicam post festum ss. Simonis & Judæ. Patrocinium celebratur in festo s. Andreæ Apostoli. Item hic dicitur missa diebus Veneris cum libera applicatione. — Cœmeterium adest cum ossuario et sepulturis. Sacristia habet paramenta sufficientia & turris campanas duas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ administrat Parochus & Præfectus electoralis in Arding. Das Vermögen dises Gottshauses hat in letzter Rechnung 1479 fl. 56 kr. 1 hl. ausgeworffen.

Ecclesia filialis s. Crucis in Haidtberg †).

9. Ecclesia hæc reparata altare habet unum, in memoriam ex-

*) VI. 282. **) VI. 283. ***) VI. 284. †) VI. 285.

altationis s. Crucis dedicatum. Divina hic solent fieri in festo inventionis s. Crucis, feria sexta infra octavam Ascensionis & singulis feriis sextis angarialibus. Dedicatio celebratur in Dominica secunda ante festum s. Galli. — Cœmeterium adest cum sepulturis & ossuario. Sacristia necessariis est instructa paramentis et turris duabus campanis benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus & Præfectus electoralis in Arding. Das Vermögen dises Gottshauses hat in letzter Rechnung 1122 fl. 8 kr. 1 hl. betragen.

---

§. 368.

Parochia s. Petri in Rieden *).

1. De hac Parochia præter solum nomen Rieden nihil in veteri matricula reperitur. Est autem hæc Parochia juxta recentiores actus investiturarum de præsentatione Serenissimi Electoris Bavariæ tanquam Domini comitatus Haagensis in omni mense. — Modernus Parochus est R. D. Antonius Rott ex instituto clericorum in commune viventium, ao. 1732 investitus. Dat pro primis fructibus 24 florenos.

2. Proventus hujus Parochiæ sumuntur ex manso, decimis et stolæ. In decimis Parocho potissimum accedit tertia pars per totam Parochiam. Condecimant autem Præfectura in Hochenburg, monasterium Au, ecclesia parochialis in Rieden, ecclesia Kürreith, hospitale in Wasserburg & aliqui etiam coloni hujus Parochiæ. Item seynt in Rieden **) zwey zur Pfarr gültbahre Häuser. Integri proventus hujus Parochiæ melioribus annis poterunt ascendere ad 700 florenos. Econtra tenetur Parochus solvere Widumbsteur 34 kr. 2 hl., Jägergelt 1 fl. 8 kr. 4 hl. Debet etiam juxta decretum de dato 23 Nov. 1711 cum aliis Parochis comitatus Haagensis celebrare angariales vigilias & divina in Kirchdorff pro defunctis Comitibus Haagensibus & præstare ecclesiæ parochiali ibidem 40 kr. Wachs-Gilt, cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedralis

---

*) VI. 287. — Vgl. §§. 394. 614. u. 691 und die tabellarische Diöcesanbeschr. (S. 331 — 334). — Nach der Aufhebung des Klosters Gars wurde die von dort aus versehene Curatie Soyen (Seeon) der Pfarrey Rieden beygelegt und für sie auf Staatskosten eine Hülfspriesterstelle dotirt. — In der Conradinischen Matrikel vom Jahre 1315 erscheint Rieden (so wie Rechtmehring) noch als eine Filiale der Pfarrey Kirchdorf. D.

**) VI. 288.

27 kr. 1 dl., ad seminarium episcopale 1 fl. — Domus parochialis cum pertinentiis est honestæ structuræ.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 645 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Rieden habet tres ecclesias filiales, nempe in Kirchreith (Kürreith), ad s. Colomannum, in der Zell et capellam arcis Hochenburg*).

4. Ecclesia parochialis, melioris inter rurales notæ, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Petri Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Catharinæ virginis & altare s. Sebastiani martyris, privilegiatum feriis secundis ratione *confraternitatis* s. Sebastiani, hic antiquitus erectæ, quæ administratur a Parocho & ecclesiæ vitrico.

Divina hic ordinarie peraguntur in omnibus diebus dominicis et in omnibus festis, exceptis illis, quæ infra ad ecclesias filiales notantur. Dedicatio celebratur Dominica post festum nativitatis B. M. V., patrocinium autem in festo ss. Petri & Pauli. Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum sepulturis et ossuario. Sacristia competenter provisa**) est paramentis et turris tribus campanis benedictis. Proventus hujus Parochiæ administrat Parochus & Præfectus electoralis in Wasserburg. Das Vermögen dises Pfarr-Gottshauses wirdet diser Zeit gegen 1000 fl. betreffen.

Ecclesia filialis Bmæ Virginis in Kirchreith.

5. Ecclesia hæc ampla & ornata altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem Bmæ Virginis. In eo asservatur Sanctissimum. In hac ara statua Bmæ Virginis beneficiis, immo miraculis celebris est et visitatur publicis processionibus***). — Altare s. Josephi & altare s. Joachim. Idem altare privilegiatum est diebus Mercurii ratione *confraternitatis* Bmæ Virginis auxiliatricis, a Domino Ignatio Josepho Gaibinger Præfecto in Hochenburg dotatæ et anno 1735 authoritate episcopali confirmatæ, quæ regitur per proprium magistratum.

Divina hic fiunt in festo Bmæ Virginis, excepto festo purificationis, item in festis Apostolorum, exceptis ss. Petri & Pauli, Simonis & Judæ & Thomæ; item hebdomadatim die Martis & Sabbato, uti notant acta visitalia de ao. 1706. Dedicatio celebratur in ipsa Dominica ss. Trinitatis. — Cœmeterium vel area ecclesiæ quidem adest, sed sine sepulturis †). Sacristia decenter provisa est paramentis, et turris tres habet campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ curat Parochus & Præfectus electoralis in Wasserburg. Das Vermögen dises Gottshauses wirdet diser Zeit in mehr als 10000 fl. bestehen.

---

*) VI. 289. **) VI. 290. ***) VI. 291. †) VI. 292.

Ecclesia s. Colomanni bey St. Colomann.

6. Ecclesia modica, in colle inter arbores sita, habet aram unam, in honorem s. Colomanni martyris dedicatam. — Divina fiunt in dedicatione (Dominica ante festum s. Joannis Baptistæ) et in festo s. Colomanni. Dicuntur etiam plura hic per annum sacra votiva. — Cœmeterium adest nullum nec sacristia. Paramenta deferuntur necessaria ex ecclesia parochiali. In turri sunt duæ benedictæ campanæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub*) cura Parochi & Præfecti electoralis in Wasserburg. Das Vermögen dises Gottshauses solle diser Zeit gegen 500 fl. betragen.

Ecclesia filialis s. Laurentii in der Zell.

7. Ecclesia hæc modica, prope litus Oeni sita, habet duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Laurentii martyris, et altare s. Thomæ Apostoli. — Divina hic peragi solent in dedicatione, quæ coincidit cum festo patrocinii s. Laurentii martyris, item in festo s. Marci, ubi hæc ecclesia visitatur processione, sicut in festo inventionis s. Crucis, in festo s. Joannis Baptistæ, s. Thomæ, ss. Innocentium martyrum & s. Sylvestri. — Cœmeterium adest nullum. Sacristia habet aliqua paramenta pro necessitate et turris campanas duas benedictas**). — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti electoralis in Wasserburg. Das Vermögen dises Gottshauses solle diser Zeit gegen 1100 fl. betragen.

Capella filialis s. Nicolai in arce Hochenburg.

8. Hæc capella vetusta, in arce Hochenburg sita, habet duo altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, et altare s. Crucis. In contigua capellula est etiam altare ss. Annæ & Catharinæ. Dedicatio hic celebratur a Parocho in Dominica secunda post nativitatem B. M. V. et in festo patrocinii s. Nicolai Episcopi. Item hic solent dici 12 missæ menstruæ, de quibus datur stipendium a Præfecto arcis, uti colligitur***) ex actis. — Sacristia continet paramenta necessaria, et ipsa capella conservatur a Præfectura Hochenburg.

---

*) VI. 293. **) VI. 294. ***) VI. 295.

§. 369.

Parochia ss. Petri & Pauli in Rott*).

1. Hæc Parochia providetur per Vicarium ex monasterio ord. s. Benedicti in Rott, cui est unita, qui defacto est P. Felicianus Arb, ibidem professus.

2. De proventibus hujus Parochiæ legitur in veteri matricula: *Item omnes redditus, institutiones & decimas tollit Dominus Abbas dicti monasterii. Item dicit, quod dicta parochialis fuit ultra quadringentos annos ex monasterio a Religiosis recta & provisa.* Solvit Vicarius ad seminarium episcopale 3 fl., cathedraticum 13 kr., ad fabricam ecclesiæ cathedr. 27 kr. 1 dl.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 924 reperti sunt.

3. Ecclesia parochialis in Rott habet unam ecclesiam filialem in Feldtkirchen et in veteri matricula fit etiam mentio de**) sacello Apostolorum.

4. Ecclesia parochialis veteris est structuræ & ad ruinam ferme declinantis. Adsunt altaria tria: Altare majus, dedicatum in honorem ss. Petri & Pauli, altare s. Martini Episcopi et altare s. Magdalenæ.

Divina hic fiunt in festis Apostolorum, in die palmarum et in Dominica infra octavam Corporis Christi et in festo s. Martini. Dedicatio incidit in Dominicam tertiam post festum ss. Petri & Pauli. Patrocinium celebratur in festo eorundem Sanctorum. — Baptisterium adest cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis pro necessitate et turris duabus campanis benedictis. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub***) administratione Abbatis Rottensis, a quo etiam ecclesia conservatur.

Ecclesia filialis Bmæ Virg. in Feldt-Kirchen.

5. Ecclesia hæc valde pulchra habet tria altaria: Altare majus est dedicatum in honorem Bmæ Virginis, cujus statua multis beneficiis, immo miraculis clarescit et multis processionibus visitatur. Hic etiam asservatur Sanctissimum. Idem altare diebus sabbatinis privilegiatum est ratione *confraternitatis* sub invocatione Bmæ Virg.

---

*) VI. 297. — Vgl. §§. 44. 394. 605. 691 und die tabellar. Diöcesanbeschreibung (S. 334 u. 335). — Bey der Organisation der Klosterpfarreyen erhielt die Pfarrey Rott auch einen ständigen Cooperator. D.

) VI. 298. *) VI. 299.

et ss. Sylvestri Papæ & Nicolai Episcopi, ao. 1720 institutæ. — Altare s. Josephi & altare s. Annæ.

Divina hic peraguntur ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis, exceptis*) illis, quæ supra ad parochialem ecclesiam sunt notata. Dedicatio celebratur in Dominica secunda post festum ss. Petri & Pauli. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia habet paramenta decora & turris tres campanas benedictas. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Abbatis Rottensis, a quo etiam ecclesia conservatur.

---

*) VI. 300. — Die Seiten 301 — 312 sind in der Handschrift leer gelassen. D.

XVIII.

ARCHIDIACONATUS

ROTTENBUECHENSIS

SUB TITULO ET PATROCINIO

SS. ALEXANDRI, JUSTINI, SIGISMUNDI MARTYRUM
AC S. NONNOSI CONFESSORIS, DIŒCESIS
FRISINGENSIS TUTELARIUM.

Parochiæ

Archidiaconatus Rottenbuechensis *).

---

*) Vgl. §. 30. n. 9. (I. Bd. S. 167 u. 168). — Dieses mit der Propstey des regulirten Chorherrnstiftes Raitenbuch verbundene Archidiaconat bestand auch nach der Aufhebung des Stiftes (v. J. 1803) bis zum Tode des letzten Propstes Herculan Schwaiger († in Oberammergau den 28 März 1830) noch fort, wonach es in ein gewöhnliches Decanat übergieng.

Im Jahre 1812 waren von demselben die Pfarreyen Garmisch, Mittenwald und Partenkirchen getrennt und zu einem neuen Decanate Werdenfels vereiniget worden. (Sieh unten §. 374.) — Jetzt gehören zum Decanate Raitenbuch die Pfarreyen Oberammergau, Ettal, Peuting, Raitenbuch, Kohlgrub und die nach der Säcularisation des Klosters Raitenbuch neu errichteten Pfarreyen Bayersoyen, Hohenpeissenberg, Pöbing, Unterammergau und Wildsteig. D.

§. 370.

Parochia s. Udalrici in Rottenbuech*).

1. In primo hujus matriculæ volumine fol. 373. (§. 30. n. 9) dictum est, qualiter Rudolphus tertius, celeberrimæ Canoniæ ordinis Canonicorum regularium in Rottenbuech Præpositus, ab Ottone I. Episcopo Frisingensi dignitate archidiaconali fuerit insignitus et quousque districtus archidiaconalis se extendat. Item ibidem a fol. 367. (Bd. I. S. 164 — 169) descripta reperitur ipsa ecclesia monasterii in Rottenbuech cum ecclesia & celebri peregrinatione in Hochenpeissenberg & altera ecclesia, das alte Münster nuncupata.

2. Porro Parochia in Rottenbuech, quæ in cura animarum providetur a Vicario seu Canonico regulari, ad libitum Reverendissimi Præpositi constituendo, juxta novissimam numerationem 2010 communicantes includit**).

3. Ecclesiæ s. Udalrici tanquam matrici in Rottenbuech juxta acta visitalia de ao. 1707 annumerantur ecclesiæ tanquam filiales in Pöbingen, Soyen, Wildtsteig et B^mæ^ Virginis ad sacrum fontem, nec non s. Rochi prope Rottenbuech.

4. Ecclesia parochialis s. Udalrici, inter rurales melioris notæ, habet tria altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Udalrici Episcopi, altare s. Afræ martyris & altare s. Laurentii martyris.

Divina hic ordinarie fiunt singulis diebus dominicis, item in festis ss. Viti, Laurentii & Afræ martyrum. Dedicatio celebratur Dominica II. post Pascha, patrocinium vero in festo s. Udalrici***). — Sanctissimum non asservatur in hac ecclesia, sicut nec baptisterium et sacra olea, sed hæc omnia habentur in proxime adjacente ecclesia monasterii. Cœmeterium autem hic habetur cum ossuario ac sepulturis. Sacristia habet paramenta necessaria. In turri habentur campanæ duæ benedictæ. — Rationes super proventibus hujus

*) VI. 313. — Nach der Aufhebung des Klosters Raitenbuch (Rothenbuch) wurden (im J. 1809) in Raitenbuch selbst, dann in Bayersoyen, Hohenpeissenberg, Poebing und Wildsteig neue organisirte Pfarreyen errichtet. Vgl. die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 9. 5. 8 u. 10). D.

) VI. 314. *) VI. 315.

Parochiæ *(sic!)* fiunt a Vicario et vitricis ecclesiæ coram Reverendissimo Domino Præposito in Rottenbuech, qui hactenus non exhibuit ratiociniorum extractum.

Ecclesia filiales s. Rochi prope Rottenbuech.

5. Ecclesia hæc, ducentis circiter passibus a via publica in colle sita & bene constructa, altare habet unum, in honorem s. Rochi dedicatum. — Divina hic fieri solent in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum*) s. Jacobi, et in festo patrocinii s. Rochi, item in festo ss. Joannis & Pauli. Item pro libitu Rev[mi] Præpositi dicitur missa hebdomadalis pro avertenda animalium peste. Solet etiam hæc ecclesia a vicinis Parochiis visitari processionibus. — Non adest cœmeterium nec sacristia, sed paramenta huc deportantur ex ecclesia monasterii. Non longe ab hac ecclesia conspicitur cœmeterium pestiferorum. — Cæteroquin juxta acta visitalia de ao. 1707 hæc ecclesia dicitur incorporata monasterio Rottenbuechensi, cujus Præsul etiam eandem sartam tectam conservat.

Ecclesia filialis s. Georgii in Pœbingen.

6. Hic locus in cura animarum providetur a particulari Vicario, ex monasterio**) Rottenbuech huc excurrente, qui defacto est P. Herculanus, ibidem professus. Ecclesia hæc ampla & recenter ædificata altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare B[mæ] Virginis & altare s. Wolfgangi.

Divina hic ordinarie fiunt in omnibus diebus dominicis & etiam festivis, nisi in ecclesia monasteriali celebretur particularis festivitas. — Dedicatio incidit in ipsam Dominicam ss. Trinitatis, patrocinium vero celebratur in festo s. Georgii martyris. — Aqua baptismalis cum sacris oleis hic asservatur. Adest etiam cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis***) competentibus. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium & vitricos, qui rationes suas ponunt coram Reverendissimo Domino Præposito in Rottenbuech.

Ecclesia filialis s. Jacobi in Wildsteig.

7. Hic locus pariter in cura animarum providetur a particulari Vicario, ex monasterio Rottenbuechensi huc excurrente, qui defacto est P. Eusebius Merle, ibidem professus. Ecclesia ista, noviter reædificata, tria habet altaria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Jacobi majoris Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum†), altare s. Margaritæ virginis martyris & altare s. Sebastiani martyris.

---

*) VI. 316. **) VI. 317. ***) VI. 318. †) VI. 319.

Divina hic fiunt præter dedicationem & festum patrocinii s. Jacobi Apostoli ordinarie omnibus diebus dominicis & festivis, ubi non incidit aliqua ex majoribus festivitatibus, quæ in Rottenbuech celebrantur, et ad quam Parochiani accedere solent. — Asservatur etiam hic aqua baptismalis cum sacris oleis. Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis decentibus. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Proventuum cura hujus ecclesiæ est penes Vicarium & vitricos, qui rationes suas ponunt coram Reverendissimo Domino Præposito in Rottenbuech.

Ecclesia filialis s. Georgii in Soyen.

8. Hic etiam locus in cura animarum*) providetur a particulari Vicario, ex monasterio Rottenbuechensi huc excurrente, qui defacto est P. Alipius Schott, ibidem professus. — Ecclesia noviter reædificata altaria habet tria: Altare majus, dedicatum in honorem s. Georgii martyris, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Catharinæ virginis martyris & altare s. Leonardi Abbatis.

Divina hic fiunt in omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Udalrici, patrocinium vero in festo s. Georgii martyris. Aqua baptismalis cum sacri oleis hic asservatur. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis decentibus. In turri sunt duæ campanæ benedictæ**). — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Vicarium & vitricos, qui ratiocinia sua ponunt coram Reverendissimo Domino Præposito in Rottenbuech & Abbate Ettalensi. — Adest etiam *capella* in arce Soyen cum uno altari, in honorem B^mæ^ Virginis erecto, quæ nondum est consecrata.

Capella B^mæ^ Virginis ad sacrum fontem prope Rottenbuech.

9. Extra portam monasterii Rottenbuechensis sita est hæc capella formæ rotundæ, in qua est altare unum, in honorem B^mæ^ Virginis Mariæ consecratum, cujus statua ibidem colitur beneficiis celebris, coram qua per annum fiunt multa sacra votiva. Dedicatio hujus capellæ celebratur in Dominica post festum s. Matthæi.

*) VI. 320. **) VI. 321.

§. 371.

Vicariatus parochialis s. Martini in Kollgrueb *).

1. Ecclesia in Kollgrueb, alias ecclesiis filialibus Rottenbuechensibus annumerata, nunc vi transactionis de dato 28 Sept. 1734, inter Præpositum Rottenbuechensem & Abbatem Ettalensem nec non communitatem hujus loci initæ et subsequente anno authoritate ordinaria ratificatæ, habet proprium Vicarium, ex monasterio Rottenbuechensi assignata eidem congrua expositum, qui defacto est P. Aldobrandus Siesmair, ibidem professus. — Domus Vicarii parochialis noviter exstructa cum pertinentiis commoda est.

Communicantes hujus loci & viciniæ 800 numerati sunt.

2. Ecclesia in Kollgrueb, valde elegans, amœna & ampla, tria habet altaria**): Altare majus, dedicatum in honorem s. Martini Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum et colitur particula s. Crucis cum aliis sacris reliquiis, altare Bmæ Virginis & altare s. Ursulæ.

Divina hic fiunt omnibus & singulis diebus dominicis & festivis. Dedicatio celebratur Dominica ante festum s. Bartholomæi, patrocinium vero in festo s. Martini. — Asservatur hic aqua baptismalis cum sacris oleis, erigetur tamen ipsum baptisterium. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia provisa est paramentis competentibus. In turri sunt campanæ tres benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ curantur a Vicario & vitricis ecclesiæ; ratiocinia autem fiunt coram Abbate Ettalensi tanquam loci Domino***).

Capella s. Rochi.

3. Capella hæc, extra pagum Kollgrueb sita & noviter ædificata, unum habet altare, in honorem s. Rochi dedicatum. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam post festum s. Jacobi Apostoli, et in festo patrocinii s. Rochi, die 16 Aug. Item hic divina fiunt in festo immaculatæ conceptionis Bmæ Virginis et

---

*) VI. 323. — Ueber die seit dem Jahre 1809 gleichfalls organisirte Pfarrey Kollgrub sehe man die tabellar. Diöcesanbeschreibung (S. 6 u. 7). D.

**) VI. 324.

***) VI. 325. — Im Jahre 1758 hat Gregor Mangold, Buchhändler in Prag, aus Windeck in der Pfarrey Kollgrub gebürtig, in die Pfarrkirche seines Geburtsortes eine Frühmesse gestiftet. Jetzt wird statt eines Frühmessers ein Coadjutor gehalten. D.

s. Sebastiani. — Cœmeterium hic habetur pro sepeliendis pestiferis. Paramenta huc deportantur ex ecclesia in Kollgrueb. In turri sunt campanæ duæ benedictæ. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ eadem est, quæ supra ecclesiæ in Kollgrub.

Notandum: Anno 1732 ist auf dem Gebürg zwischen Kollgrueb und Stafflsee, welcher letztere Orth in dem Bistumb Augsburg entlegen ist, eine Glashüten, und auch dabey vor die Arbeither und*) deren Angehörige, welche sich gegen 100 Personen belauffen, eine kleine mehrentheils hilzerne Capellen mit einem Altar aufgerichtet worden, allwo diser Zeit ex speciali commissione et dispositione Ordinarii Frisingensis ein Conventual aus dem Closter Ettal an Sonn= und Feyertägen die Divina und curam animarum versichet. Indessen aber ist der Platz, wo die Glashüten, Capellen und übrige seithero alldahin erbaute Häuser stehen, an Seithen des Ordinariats Augsburg in Stritt gezochen und vorgegeben worden, daß solcher Platz in die Pfarr Stafflsee, mithin in das Bistumb Augspurg gehörig seyn solle: da man entgegen von Seithen des Ordinariats Freysing behauptet, daß mehrgedachte Glashütten und was diser Zeit auf ermeltem Platz stehet, in der Pfarr Kollgrueb, mithin in dem Bistumb Freysing entlegen seye, welche Controvers ratione finium Diœcesanorum noch nicht entschaidet worden**).

---

§. 372.

Parochia ss. Petri & Pauli in Oberamergau***).

1. Hæc Parochia monasterio Rottenbuechensi incorporata est, cujus Præpositus debet Ordinario Frisingensi præsentare Vicarium pro cura animarum admittendum & approbandum. Modernus Vi-

---

*) VI. 326.

**) Das vormalige Archidiaconat (jetzt Decanat) Raitenbuch ist beynahe ganz von Pfarreyen des Bisthums Augsburg umschlossen und hängt nur bey Ettal mit der freysingischen Pfarrey Garmisch zusammen. Ueber die Diöcesangrenzen in dieser Gegend sehe man G. U. Zacher's alte Grenzbeschreibung des Hochstiftes Freysing im oberbayer. Archive (IV. 425 — 428). D.

***) VI. 329. — Vgl. die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 7 u. 9). Bey der Organisation der Pfarreyen des Klosters Raitenbuch im J. 1809 wurde nicht nur in Oberammergau, sondern auch in Unterammergau eine Pfarrey errichtet. — Ueber die Schnitzarbeiten der Oberammergauer sehe man v. Obernberg's Reisen durch den Isarkreis (V. 430 — 435) und über die im J. 1634 dort eingeführten Passions=Spiele die historisch=politischen Blätter von Phillips und Görres (VI. 1 — 37). D.

carius parochialis est R. D. Clemens Prasser, Canonicus regularis, in eodem monasterio professus. Dat pro juribus cancellariæ 9 florenos. Habet etiam Cooperatorem, in eodem monasterio professum.

2. Redditus parochiales percipit supradictum monasterium Rottenbuechense, relicta congrua Vicario ejusque Cooperatori. Domus parochialis ampla et ferme magnifica est. Vicarius ad episcopale seminarium solvit 3 florenos. Monasterio Ettalensi præter collectionem fœni auf dem sogenannten Hofmadt solvit pro annuo censu 3 dl., communitati vero in Amergau annuatim alternative vel 12 vel 40 kr.*).

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1500 numerati sunt.

3. Ecclesia parochialis in Oberamergau habet alias duas ecclesias filiales, nempe in Unteramergau & sacellum ad s. Cruorem prope Unterammergau.

4. Ecclesia parochialis in Oberamergau, antehac ruinosa, nunc sub nova & pulchra structura & reædificatione constituta est, quæ nondum est absoluta. In veteri & nunc destructa ecclesia tria erant altaria, quorum majus ss. Apostolis Petro & Paulo tanquam patronis hujus ecclesiæ primariis, alterum ss. Trinitati et tertium s. Catharinæ virgini martyri erat consecratum. Item adfuit *capella* contigua cum uno altari, in honorem s. Annæ hic beneficiis claræ dedicato, quæ tamen capella non erat consecrata. Dedicatio hujus ecclesiæ antehac celebrabatur Dominica post festum s. Michaelis**). *Confraternitas* ss. Rosarii, in hac ecclesia ao. 1649 authoritate ordinaria instituta, est in magno flore. Habet proprium magistratum, et altare majus diebus Lunæ erat privilegiatum pro defunctis ex eadem confraternitate. In hac etiam ecclesia colitur particula de s. Cruce.

5. Anno 1429 Udalricus Arzet, civis Norimbergensis, fundavit in hac ecclesia Beneficium seu primam missam et quidem (quantum ex litteris Serenissimorum Ducum Bavariæ Ernesti & Wilhelmi colligere licet) quotidie celebrandam, ita tamen, ut Beneficiatus seu Primissarius diebus Sabbati teneatur celebrare missam hebdomadalem in Unteramergau. Pro dote dedit fundator medietatem decimarum in Langen-Ehringen, sambt dem Gatter-Korn und Gatter-Gelt allda. Item 80 Tagwerk Wißmadt***) (die guldene Waidt genannt) bey Hiltofing. Item die Kirchstätter-Wiesen bey Oberamergau. Item einen Acker auf dem Waldtberg allda, und darzue ein Behausung sambt einem Garten daselbst. Proventus beneficiales se extendent ad 275 florenos. Beneficiatus juxta acta visitalia de ao. 1707 diebus dominicis & festivis celebrat missam matutinalem, et diebus Sabbati in Unteramergau missam hebdomadalem cum libera

---

*) VI. 330. **) VI. 331. ***) VI. 332.

applicatione. Vitrici hujus ecclesiæ vi fundationis Domino Præposito præsentant novum Beneficiatum, qui a dicto Præposito tanquam a collatore Beneficii recipi, nec ab Episcopo investiri solet. Modernus Beneficiatus est R. D. Maximilianus Antonius Erlpekh, ao. 1723 hoc Beneficium adeptus. Non dat primos fructus, bene vero ad episcopale seminarium 30 kr.

6. Divina hic fiunt ordinarie singulis diebus dominicis et festivis. Patrocinium*) celebratur in festo ss. Petri & Pauli. Dedicatio in consecratione hujus ecclesiæ determinabitur. — Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, cœmeterium etiam cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis decentibus. In turri modo diruta alias habebantur quatuor campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ administrantur a Vicario parochiali & vitricis hujus ecclesiæ, qui solent sua ratiocinia deponere coram Dominis Præposito in Rottenbuech & Abbate in Ettal. Das Vermögen dises Pfarr-Gottshauses solle sich der Zeit gegen 4000 fl. entwerffen.

Ecclesia filialis s. Nicolai in Unter-Amergau.

7. Ecclesia noviter et eleganter exstructa altaria habet tria**): Altare majus, dedicatum in honorem s. Nicolai Episcopi, in quo asservatur Sanctissimum, altare s. Crucis, ubi colitur particula de eadem sancta Cruce, et altare Bmæ Virginis.

Divina hic fiunt ordinarie singulis diebus dominicis ac festivis per Cooperatorem in Oberamergau, exceptis sex festis infra ad capellam s. Cruoris annotatis. Dedicatio celebratur in Dominica post festum exaltationis s. Crucis, patrocinium vero in festo s. Nicolai Episcopi. — Asservatur hic aqua baptismalis cum sacris oleis. Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia tenet paramenta decentia. In turri sunt campanæ quatuor benedictæ***). — Administratio proventuum hujus ecclesiæ & ratiocinia eodem modo fiunt, sicut in Oberamergau. Das Vermögen dises Gottshauses solle sich der Zeit auf 1100 fl. belauffen.

Ecclesia filialis ad s. Cruorem prope Unter-Amergau.

8. Ecclesia hæc satis pulchra, extra pagum Unter-Amergau et trans fluvium Amber sita, et occasione alicujus olim facti miraculosi (uti ajunt) erecta, tria habet altaria: Altare majus, consecratum in honorem s. Crucis, in quo solet etiam asservari Sanctissimum & colitur particula de s. Cruce & de velo Bmæ Virginis cruore Domini nostri Jesu Christi tincto †), altare s. Viti martyris et altare s. Magdalenæ.

Divina hic fiunt in duplici dedicatione, nempe chori & navis hujus ecclesiæ. Prima celebratur in Dominica post festum s. Geor-

---

*) VI. 333. **) VI. 334. ***) VI. 335. †) VI. 336.

gii martyris, altera in Dominica ante festum s. Galli. Item hic divina fiunt in festo s. Viti, s. Margaritæ, s. Magdalenæ & s. Sylvestri. Item hic fit missa hebdomadalis diebus Veneris sine tamen applicatione, uti colligitur ex actis visitalibus de ao. 1707. — Cœmeterium hic non adest nec sepultura. Sacristia est instructa paramentis competentibus. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cæteroquin hæc ecclesia visitari solet processionibus vicinarum Parochiarum*). — Cura proventuum hujus ecclesiæ eadem est, quæ ecclesiarum in Ober- & Unteramergau. Das völlige Vermögen diser Capell solle diser Zeit 1600 fl. betragen.

---

§. 373.

Parochia Bmæ Virginis in Ettal**).

1. Ecclesia monasterii ord. s. Benedicti in Ettal, quæ simul parochialis est et omnia signa parochialitatis, nempe baptisterium, sacra olea etc. habet, in primo hujus matriculæ volumine a fol. 379 (§. 31. Bd. I. S. 169 — 172) reperitur descripta. Parochialia providentur ab aliquo constituto Vicario, in eodem monasterio professo, qui defacto est P. Placidus Wildt.

Numerus communicantium ob seminarium Nobilium hactenus in prædicto monasterio erectum nunc crevit & circiter ad 350 personas excurret.

2. Adsunt tres capellæ, qui ecclesiæ Ettalensi ut filiales annumerantur, nempe capella s. Crucis, capella s. Annæ in Linder et capella s. Gertrudis, ad villam monasterii sita.

*Capella s. Crucis****).*

3. Hæc capella habet altare unum, in honorem s. Crucis erectum & consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur in Dominica post festum exaltationis s. Crucis, item in festis inventionis & exaltationis s. Crucis. In diebus rogationum hæc capella visitatur processione. Solent etiam hic fieri exequiæ pro defunctis parochianis. Cœmeterium hic adest pro rusticanis in ea vi-

---

*) VI. 337.

**) VI. 339. — Vgl. die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 5.) und Dr. G. K. Nagler's Aufsatz über das Madonnenbild in Ettal, ein Beitrag zur Geschichte des Klosters, abgedruckt im oberbayer. Archive (X. S. 205 — 212). D.

***) VI. 340.

cinia habitatoribus, domesticis & famulantibus in supradicto monasterio. Sacristia non adest, sed paramenta ex monasterio huc deportantur.

Capella s. Annæ in Linder.

4. Hæc capella, duabus ferme horis a monasterio distans et ad villam in Linder nuncupatam ædificata, habet unum altare, in honorem s. Annæ consecratum. Dedicatio hujus capellæ*) incidit in Dominicam post festum s. Matthæi, patrocinium vero celebratur in festo s. Annæ. Cœmeterium & sacristia non adsunt. Paramenta asservantur in ædibus villici capellæ vicini.

Capella s. Gertrudis.

5. Capella hæc, ad villam monasterii sita, habet unum altare, in honorem s. Gertrudis virginis dedicatum. Ipsa dedicatio capellæ celebratur in Dominica post octavam nativitatis B^mæ^ Virginis, patrocinium vero in festo s. Gertrudis (die 17 Nov.).

---

§. 374.

Parochia s. Martini in Gærmisch, antiquitus Germansgau nuncupata**).

1. Hæc Parochia in omni mense est de libera collatione Episcopi Frisingensis. — Modernus Parochus est R. D. Joannes Christianus Marquardus Schmidt, ao. 1730 investitus. Dat pro primis fructibus 30 florenos.

2. Proventus parochiales recipiuntur ex manso, decimis et accidentiis stolæ. Parochus in Grainau & Hammerspach gaudet integris decimis; in Gärmisch autem, Farchant & Au pro medietate condecimat camera episcopalis Frisingensis. Item juxta acta visi-

*) VI. 341.

**) VI. 343. — Vgl. §. 385. und die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 341 u. 342), das Königreich Bayern in seinen... Schönheiten (III. 115 — 120), v. Hormayr's Taschenbuch für die vaterländische Geschichte, Jahrg. 1832 (S. 11—21), das Werdenfelser-Wochenblatt v. J. 1848, v. Obernberg's Reisen (I. 65—68) ꝛc. — Im Jahre 1812 wurde aus den Pfarreyen Garmisch, Mittenwald und Partenkirchen ein neues Decanat „Werdenfels“ gebildet, zu welchem im J. 1827 noch die Pfarreyen Schlechdorf und Olstadt kamen. Dieses Decanat grenzt gegen Süden an das Bisthum Brixen, gegen Norden und Osten an das Bisthum Augsburg. D.

talia de ao. 1707 recipit Parochus de ecclesia parochiali & confraternitate ss. Rosarii, nec non de communitate in Farchant*) additionem 80 florenorum, ratione cujus additionis tenetur alere Cooperatorem. Integri proventus hujus Parochiæ censentur 700 florenos non transcendere. — Domus parochialis cum pertinentiis est etiamnum honestæ structuræ, licet reparatione indigentis. Parochus ad alia onera annua non tenetur, nisi quod ad episcopale seminarium solvat 4 florenos.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1672 sunt inventi.

3. Ecclesia parochialis in Gärmisch habet alias duas ecclesias filiales, nempe in Farchant & Oberau prope Ettal. Item adest capella s. Joannis Baptistæ in Obergrainau. Adfuit etiam in eo loco, ubi nunc extat nova ecclesia parochialis, capella s. Nicolai, nunc autem diruta. Item etiamnum adest antiqua ecclesia parochialis cum veteri cœmeterio, de quo infra**).

4. Ecclesia parochialis in Gärmisch noviter, ample & inter rurales ecclesias splendide ædificata, altaria habet quinque: Altare majus est dedicatum in honorem s. Martini Episcopi. In eo asservatur Sanctissimum & solet etiam exponi particula de s. Cruce. — Altare B^mæ Virginis. Ad hoc altare ao. 1667 erecta & authoritate ordinaria confirmata extat *confraternitas* ss. Rosarii, unde hoc altare pro defunctis ex eadem confraternitate est privilegiatum diebus Mercurii. — Altare ss. Apostolorum, altare s. Nicolai et altare s. Joannis Nepomuceni.

5. Notandum est, in superiori pago Gærmisch extitisse capellam pervetustam cum una ara, divo Nicolao Episcopo consecrata***). In ea ecclesia, in cujus loco, uti supra dictum est, nunc exstructa stat nova ecclesia parochialis, fundatum fuit Beneficium, cujus tamen fundator et onera fundationis ignota sunt; legit tamen Parochus, quia Beneficium juxta acta visitalia de ao. 1707 unitum est Parochiæ, diebus Sabbati missam hebdomadalem defacto in altari s. Nicolai in nova ecclesia parochiali eamque applicat pro fundatoribus. Proventus hujus Beneficii se circiter extendent ad 60 florenos. Parochus in hoc Beneficio investitus dat pro primis fructibus 10 florenos.

6. Anno 1725 judex et communitas Gærmischensis ex variis collatis summis & fundis in eadem capella s. Nicolai fundaverunt Beneficium Primissariae, a Joanne Francisco Episcopo Frisingensi confirmatum. Obligationes Beneficiati Primissarii sunt variæ, in instrumento fundationis expressæ. Jus patronatus competit judici & communitati Gærmischensi, ita tamen, ut præsentari†) debeat ein taugliches Pfarr- oder Landtskind, comitatus nempe Werden-

*) VI. 344. **) VI. 345. ***) VI. 346. †) VI. 347.

felsensis. Modernus et primus Beneficiatus Primissarius est R. D. Dominicus Resch, ao. 1725 investitus. Dat pro primis fructibus 5 florenos, ad episcopale seminarium 1 fl.*).

7. Divina in hac ecclesia parochiali fiunt ordinarie omnibus diebus dominicis ac festivis. Dedicatio celebratur in Dominica post festum s. Bartholomæi Apostoli, patrocinium vero in festo s. Martini Episcopi. Baptisterium hic habetur cum sacris oleis, item cœmeterium cum ossuario & sepulturis. Sacristia est provisa paramentis competentibus. In turri habentur quatuor campanæ benedictæ. — Proventus hujus ecclesiæ sunt sub cura Parochi & Præfecti comitatus Werdenfelsensis. Das völlige Vermögen dises Pfarr-Gottshauses mit Einschluß des vorhin allda gestandtenen s. Nicolai-**) Gottshauses solle sich diser Zeit auf 2370 fl. belauffen.

Ecclesia s. Martini in inferiori pago in Gœrmisch.

8. Ecclesia hæc pervetusti operis antehac parochialis fuit; cum vero ejus angustia non posset capere parochianorum multitudinem, nova ecclesia erat exstruenda. In hac igitur veteri ecclesia, cui adhuc junctum est cœmeterium cum ossuario & sepulturis, defacto divina alia non amplius fiunt, nisi quod juxta decretum de dato 23 Oct. 1737 in die commemorationis fidelium defunctorum et infra ejusdem octavam missæ hic celebrari permittantur.

Ecclesia filialis s. Andreæ in Farchant.

9. Ecclesia inter rurales nova & pulchra, tria habet altaria***): Altare majus, dedicatum in honorem s. Andreæ Apostoli, in quo asservatur Sanctissimum, altare Jesu, Mariæ, Joseph et altare s. Annæ.

Divina hic fiunt ordinarie in omnibus diebus dominicis ac festivis; debent tamen Farchantenses decies per annum in diebus dominicis ac festivis accedere ecclesiam matricem. Dedicatio celebratur in Dominica infra octavam Ascensionis, patrocinium vero in festo s. Andreæ Apostoli. — Cœmeterium hic habetur cum ossuario & sepulturis, item sacristia, in qua etiam asservatur oleum infirmorum. In turri sunt tres campanæ benedictæ. — Cura proventuum est penes Parochum & Præfectum comitatus Werdenfelsensis. Das völlige Vermögen dises Gottshauses wirdet sich diser Zeit gegen 2650 fl. bewerfen†).

---

*) Im Jahre 1761 hat der Pfarrer zu Garmisch, Joh. Bern. Brand, noch ein drittes Beneficium nach Garmisch gestiftet. D.

) VI. 348. *) VI. 349.

†) VI. 350. — Seit dem Jahre 1792 besteht in Farchant ein im J. 1775 von Katharina, Mathias und Joseph Gastl gestiftetes Schul-Beneficium. — Demnächst wird auch für die Filiale Oberau die Errichtung einer Caplaney in Verbindung mit der dortigen Schulstelle zu Stande kommen. D.

Ecclesia filialis s. Georgii in Oberau.

10. Ecclesia in monte sita unum habet altare, in honorem s. Georgii consecratum. — Divina hic fiunt in dedicatione, quæ celebratur in Dominica post festum s. Michaelis, et in festo patrocinii s. Georgii martyris. Item hic dicuntur quatuor missæ angariales per annum, et una missa legitur infra octavam omnium fidelium defunctorum. — Cœmeterium adest cum ossuario & sepulturis. Sacristia instructa est paramentis necessariis. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Cura proventuum hujus ecclesiæ est penes Parochum & Abbatem Ettalensem. Das Vermögen diser Kirchen solle sich diser Zeit gegen 5070 fl. erstreckhen.

Capella s. Joannis Baptistæ in Obergrainau).*

11. Hæc capella, ao. 1697 ædificari cœpta & ao. 1738 ampliata, nondum est consecrata, nec in eadem divina celebrari solent.

---

§. 375.

Parochia B^mæ^ Virginis in Partenkirchen**).

1. Ecclesia B^mæ^ Virginis in Partenkirchen ab Alberto Sigismundo Episcopo Frisingensi ao. 1672 in parochialem elevata fuit, cum antea ut filialis ad Parochiam Gærmischensem respiceretur. Porro Parochia in Partenkirchen est de libera collatione Episcopi Frisingensis in omni mense, sicut etiam Beneficium s. Spiritus, Parochiæ incorporatum. — Modernus Parochus est R. D. Mathias Samweber, ss. theol. Lic., ao. 1720 investitus. Dat ratione Parochiæ & Beneficii s. Spiritus simul pro primis fructibus 20 florenos.

2. Proventus parochiales recipiuntur***) potissimum ex decimis, quas Parochus colligit ex oppido Partenkirchen et locis vicinis, in instrumento dismembrationis hujus Parochiæ a Gærmischensi

---

*) VI. 351. — Im Jahre 1812 hat die Gemeinde Grainau in die Kirche zu Obergrainau ein Beneficium gestiftet. Der Beneficiat hat auch die Schule zu halten und Seelsorgsdienste zu leisten. D.

**) VI. 353. — Vgl. die tabellar. Diöcesanbeschr. (S. 343), Dr. Dieterich's der Kanizer-Brunnen bey Partenkirchen (Münch. 1834. 8.), das Werdenfelser-Wochenblatt v. J. 1848, die bayerischen Annalen, Jahrg. 1835 (S. 31 — 55), das vaterländische Magazin (Jahrg. 1837. Nr. 26 u. 27 und Jahrg. 1838 Nr. 47.) ꝛc. D.

***) VI. 354.

sub dato 1 Febr. 1672 expressis. Ex campis communibus unam medietatem percipit camera episcopalis Frisingensis, alteram vero Parochus. Ex quibusdam agris solus Parochus percipit decimas, sicut etiam von denen sogenannten Ainödter-Feldern. In loco vero Schlattau decimas colligit judex oppidi Partenkirchen pro tempore existens. Die Bohnen-, Arbis- und Flax-Samblung hat ein Pfleger zu Werdenfels und der Pfarrer miteinander, wie auch den Kraut-Zechent. Item Parocho accedunt fructus Beneficii s. Spiritus Parochiæ uniti, qui communiter 130 florenos conficient, præter accidentia stolæ. Integri fructus communibus annis ultra 500 florenos non creduntur posse ascendere. Parochus ad episcopale seminarium contribuit 3 florenos, et ad Præfecturam*) Werdenfelsensem exigi solent annuatim 1 fl. 30 kr., nescitur quo titulo. — Domus parochialis est satis honesta, nec indiget magna reparatione.

Communicantes hujus Parochiæ novissime 1150 fuerunt numerati.

3. Ecclesia parochialis in Partenkirchen habet alias tres capellas filiales consecratas, nempe s. Annæ in Wamberg, s. Antonii in colle extra oppidum & s. Sebastiani ad introitum oppidi Partenkirchen.

4. Ecclesia parochialis, noviter ex integro instaurata et satis splendida ac ampla, quinque habet altaria: Altare majus, dedicatum honoribus B^mæ^ Virginis assumptæ. In eodem asservatur Sanctissimum. Item hoc altare privilegiatum est feriis quartis pro defunctis ex *confraternitate* ss. Scapularis, quæ regitur per proprium magistratum, et**) hic authoritate Serenissimi Josephi Clementis Episcopi Frisingensis ao. 1690 fuit introducta. — Altare ss. Trinitatis. — Altare s. Viti. — Altare Christi patientis & altare B^mæ^ Virginis dolorosæ.

5. Circa annum 1389 Conradus Weiss, civis in Partenkirchen, ad altare s. Spiritus fundavit Beneficium missæ primæ quotidianæ***), a Paulo Episcopo Frisingensi confirmatum. Assignati sunt pro ejus dote varii fundi & census, qui creduntur annuatim importare ferme 150 florenos. Hoc Beneficium nunc unitum est Parochiæ et cum illa libere confertur ab Ordinario Frisingensi. Parochus nunc intuitu hujus Beneficii celebrat in altari ss. Trinitatis missam†) hebdomadalem eamque applicat pro fundatoribus. Ratione hujus Beneficii dantur pro primis fructibus 10 floreni.

6. Anno 1730 ex pia dispositione Mathiæ Jocher, civis in Par-

---

*) VI. 355. **) VI. 356.

***) Der Stiftungsbrief ist am Georgitage (24. Apr.) 1389 ausgefertigt worden. D.

†) VI. 357.

tenkirchen, erectum & authoritate ordinaria confirmatum fuit Beneficium, vi cujus Beneficiatus tenetur singulis diebus dominicis ac festivis dicere primam missam in ara majori hujus ecclesiæ parochialis, atque eam semel in Dominica & semel in hebdomade applicare ad intentionem fundatorum. Fundus hujus Beneficii consistit in summa capitali 4400 florenorum, de cujus censibus annuis satisfit Beneficiato, ecclesiæ et ejus ministris. Adest etiam domus beneficialis satis commoda. Jus præsentandi ad hoc Beneficium ex fundatione competit dem Pfarrer und dem Markt-Gericht mit Beyziechung der sogenannten Vierundzwanziger cumulative, ita tamen, ut præ aliis einen jocherischen Bluets-Befreundten oder der Orthen Gebohrnen, qui etiam in*) subsidium servire possit in cura animarum, præsentare debeant. Modernus Beneficiatus est R. D. Philippus Göbel, ao. 1730 investitus. Dat pro primis fructibus 8 florenos**).

7. Divina hic fiunt ordinarie singulis diebus dominicis ac festivis, et alias singulis diebus a sacerdotibus hic solent celebrari sacra. Dedicatio incidit in Dominicam II. post festum s. Bartholomæi, patrocinium vero in festo assumptionis B^{mae} Virginis. — Baptisterium adest cum sacris oleis, item cœmeterium cum ossuario et sepulturis. Sacristia provisa est paramentis decentibus. In turri sunt quinque campanæ benedictæ. — Administratio proventuum hujus ecclesiæ est sub cura Parochi & Præfecti comitatus Werdenfelsensis. Das völlige Vermögen dises Pfarrgottshauses solle diser Zeit gegen 1450 fl. bestehen***).

Capella filialis s. Sebastiani extra oppidum Partenkirchen.

8. Hæc capella, ad introitum oppidi sita, humilis et infirmæ est structuræ. Adest unum altare, consecratum in honorem s. Sebastiani martyris. Ipsa autem capella non habet signa consecrationis, nec ejus celebratur dedicatio. — Divina hic solent fieri singulis angariis pro defunctis parochianis; per annum autem celebrantur hic plures missæ votivæ. Patrocinium celebratur in festo s. Sebastiani cum missa & comprecatione solenni. — Cœmeterium adest nullum nec area clausa neque sacristia, sed paramenta deferuntur huc ex ecclesia parochiali. In turricula non est campana. — Ad-

*) VI. 358.

**) Das im Jahre 1779 von Ant. Göbel mit Capitalien gestiftete dritte Beneficium in Partenkirchen ist bald wieder erloschen, da der größte Theil des Fondes zu Verlust gieng. Dagegen wurde im Jahre 1822 aus dem Fonde des Priesterhauses zu St. Anton und der Curatie in der hinteren Riß ein lateinisches Schulbeneficium bey St. Anton errichtet. — Das dortige Priesterhaus verdankte seine Entstehung im Jahre 1749 dem damaligen Pfarrer in Partenkirchen, Mathias Samweber. D.

***) VI. 359.

ministratio proventuum hujus capellæ eadem est, quæ ecclesiæ parochialis *). Das Vermögen diser Capellen solle sich diser Zeit auf 750 fl. erstreckhen.

Capella s. Antonii de Padua.

9. Capella in colle extra oppidum Partenkirchen sita, restaurata & ampliata, ita ut tria possit capere altaria proxime collocanda, nunc habet altare unum, in honorem s. Antonii de Padua consecratum. Dedicatio celebratur Dominica post festum s. Matthæi, patrocinium vero in festo s. Antonii de Padua; alias autem fere quotidie in hac capella celebrantur missæ ex devotione fidelium erga s. Antonium, beneficiis plurimis hic celebrem. Item ex fundatione Pauli Schorn, civis in Partenkirchen, hic fiunt quatuor missæ angariales. — Cœmeterium non adest. Sacristia habet paramenta competentia. Turris non continet campanam. — Proventus hujus capellæ sunt sub cura Parochi & Præfecti comitatus Werdenfelsensis. Das völlige Vermögen diser Capellen wirdet diser Zeit gegen 720 fl. betreffen **).

Capella filialis s. Annæ in Wamberg.

10. Capella hæc, ante 16 annos noviter reædificata et in monte sita, altare habet unum, in honorem s. Annæ consecratum. Divina hic fiunt in dedicatione, quæ incidit in Dominicam ante festum s. Galli. Patrocinium celebratur in festo s. Annæ, et semel in anno divina peraguntur in publica comprecatione, nec non per annum hic plures fieri solent missæ votivæ. — Cœmeterium non adest. Sacristia tenet paramenta competentia. In turri sunt duæ campanæ benedictæ. — Administratio proventuum hujus capellæ est penes Parochum & Præfectum supradictum. Das Vermögen diser Capellen mechte diser Zeit gegen 300 fl. betreffen.

11. Cæteroquin in hac Parochia adsunt aliæ quatuor capellæ, nempe B. M. V. auxiliatricis in exitu oppidi Partenkirchen ***), s. Josephi in alio colle extra oppidum, s. Magdalenæ in loco solitario Schlattän, et B. Mariæ Virg. dolorosæ in loco solitario Grassegg, quæ tamen nec consecratæ nec benedictæ sunt, sed privatæ tantum devotioni parochianorum serviunt.

---

*) VI. 360. **) VI. 361. ***) VI. 362.

§. 376.

Parochia ss. Petri & Pauli in Mitten-Waldt*).

1. Hæc Parochia est de libera collatione Episcopi Frisingensis in omni mense et antiquitus a Parochia in Gärmisch dismembrata fuit. Modernus Parochus est R. D. Joannes Ludovicus Schmidt, ao. 1731 investitus. Dat pro primis fructibus 20 florenos.

Dominus Petrus Weilinberger[3]), Plebanus et Decanus parochialis s. Petri in Gündlkofen, dicit, quod dicta sua ecclesia sit de præsentatione Abbatissæ in Seligentall[4]). Habet quatuor filiales ecclesias, videlicet s. Stephani in Ättenhausen, s. Joannis Baptistæ in Eckerstorff, s. Laurentii in Reicherstorff et s. Pauli in Bruckberg. Item habet circiter 350 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione x ℔. dl. Item ex anniversariis circiter tres fl. rhen. Item omnes decimas maiores æstimat ad 25 fl. rhen., minores ad 3 fl. Item in remediis pro sepultura et una missa pro defunctis cantanda exigit LXXII dl., nisi aliquis velit habere plures missas, tunc recipit iuxta exigentiam laborum. Item in oblationibus 4 fl., ex confessionalibus pro parte sua duos florenos. In summa omnes reditus ex dicta parochiali obvenientes æstimat ad 100 fl. Item dicta sua ecclesia est monasterio in Sälignthal prope Landshut incorporata pro XV ℔. dl. Item I ℔. dl. Jägergelt ad Landshut. Item Præfecto in Rottenperg Vogtey I fl. rhen. Item habet Cooperatorem, cui dat tabulam sine potu. Idem habet in suis accidentalibus circiter XVI fl. Habitat secum in dote. Item posset dare in absenti XXV ℔. dl. Domus et ædificia dotis non patiuntur defectus.

---

[1]) Cod. 1. bemerkt am Rande, daß die Visitation dieses Decanates die Jovis, 3. Nov. (1524) angefangen worden sey.

[2]) Vgl. §. 221. §. 385. n. 81. §. 684. n. 69.

[3]) Cod. 1. nennt diesen Pfarrer Weilinger.

[4]) Cod. 1. schreibt Salingtall.

§. 499.

Tandarff[1]).

Dictus Dominus Decanus nomine Joannis Strobl, Rectoris parochialis ecclesiæ in Tandarff, fecit relationem, quod Patronus dictæ ecclesiæ sit s. Michael. Est de præsentatione D. Abbatis in Ebersperg. Non habet filialem ecclesiam, neque Beneficium. Habet circiter LXX communicantes. Item ex missis hebdomadalibus I ℔. dl., ex anniversariis similiter I ℔. dl. Item in decimis maioribus frumentorum ad XXX fl., ex minoribus I ℔. dl. Item ex institutione prædii dotalis ad X fl. Item cum remediis observat consuetudinem Decanatus. Item in oblationibus, confessionalibus et stola II ℔. dl. Item in summa omnes reditus æstimat ad XL fl. Item Nobilibus de Breising in Crabünckl Vogtey I fl.[2]). Item domus dotis non patitur defectus. Item solvit olim temporis VI fl. in absenti.

§. 500.

Volckmanstarff[3]).

Dominus Erasmus Brumair, perpetuus Vicarius ecclesiæ parochialis s. Laurentii in Volckmanstarff. Est de præsentatione capituli ecclesiæ Mospurgensis. Non habet Beneficium neque filialem ecclesiam in Parochia. Item habet circiter 89 communicantes. Item ex missis hebdomadalibus et anniversariis III β et III ℔. dl. Item omnes maiores decimas æstimat ad XX fl., minores decimas ad I fl. Item in remediis pro sepultura exigit LXX dl. Item oblationes æstimat ad III fl., confessionalia et stolam ad II fl. rhen. Omnes fructus, reditus et proventus æstimat ad XXXII ℔. dl. Item solvit pro incorporatione capitulo ecclesiæ Mospurgensis VIIII fl. Item j fl. Jägergelt. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus. Item in absenti posset dare III ℔. dl.

---

1) Vgl. §. 230. §. 396. n. 225. §. 684. n. 70.

2) Cod. 1. hat: Vogthey, werdt 1 fl.

3) Vgl. §. 229. §. 398. n. 233. u. §. 684. n. 71.

§. 501.

Bruckberg [1]).

Dominus Castulus Piscatorius, perpetuus Vicarius parochialis ecclesiæ s. Jacobi in Bruckberg. Est de pleno iure [2]) capituli Mospurgensis. Item habet tres filiales ecclesias, B. Virginis in Berndorff, s. Andreæ in Talbach cum sepultura et s. Laurentii in Engelstorff sine sepultura, et unum sacellum s. Nicolai prope arcem in Niderbruckberg, in quo fundatum est Beneficium perpetuum, de præsentatione Nobilium Juden. Nomen moderni possessoris Joannes Blanckh; habet in annuis reditibus ad xl fl. Item habet indifferenter circiter 400 communicantes. Item in fixis reditibus ex missis hebdomadalibus et anniversariis fundatis x fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad xxiiii florenos, minores ad iiii fl. Item in remediis pro x missis ii fl. aut ii ℔. dl., si autem pro defunctis non celebrat, nisi unam missam, exigit ad lxx dl. Item in oblationibus ad v fl. In confessionalibus ad iij fl. In summa omnes reditus æstimat ad lxx fl. Item solvit pro incorporatione capitulo Mospurgensi xxvii ℔. dl. et ultra hoc etiam iiii fl. pensionem. Item i ℔. dl. Jägergelt. Item granario in Landshut unum vitulum ad festum Paschatis et ad festum Nativitatis Domini xxxii dl. Vogtey. Item habet Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet per annum ad xviii fl. Item domus et ædificia dotis egent reformatione. Item ultra præmissas aggravationes posset x fl. dare in absenti.

§. 502.

Gamblstarff [3]).

Dominus Stephanus Strobl, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Viti in Gamblstarff. Eiusdem Rector Leonardus Bruckhay. Est de collatione Vicarii Frisingensis. Habet unam filialem ecclesiam s. Catharinæ in Grataszell [4]). Item habet 140 communicantes. Item præ-

---

[1]) Vgl. §. 225. §. 381. n. 34. u. §. 684. n. 72.

[2]) Cod. 2. hat die Worte „pleno iure" durchstrichen und dafür „præsentatione" gesetzt, was auch Cod. 3. ad marginem bemerkt.

[3]) Vgl. §. 223. §. 385. n. 67. u. §. 684. n. 73. — Cod. 1. schreibt Gamlstarff.

[4]) Kathreinszell oder Katharinazell.

dium dotale ipse colit, quod si colono locaret, per annum habere posset III fl. Item ex missa hebdomadali VI β dl., ex anniversariis j ℔. dl. Item omnes decimas *(maiores)* frumentorum æstimat ad XVIII fl., minores ad I ℔. dl. Item in remediis pro sepultura exigit LXX dl. Item oblationes annuales æstimat ad III fl., confessionalia et stolam ad II ℔. Item in summa omnes reditus ex dicta parochiali provenientes æstimat ad L fl. Item locavit eandem ecclesiam ad tres annos pro XVI ℔. dl. absentiæ. Item X β dl. capitulo Mospurgensi. Item ad Landshut j ℔. Jägergelt. Item domus dotis eget in tecto reformatione.

§. 503.

Maurn [1]).

Dominus Joannes Würffl, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Joannis Baptistæ in Maurn. Eiusdem Rector D. Wolfgangus Kleck. Est de collatione R^mi^ D^ni^ Episcopi Frisingensis. Item habet duas filiales ecclesias, s. Petri in Scheckenhofen et s. Jacobi in Wilherstorff. Item habet circiter 270 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione VI β dl. Item ex missis hebdomadalibus VI fl., ex anniversariis II ℔. dl. Item omnes decimas maiores frumentorum communibus annis æstimat ad XLV fl., minores ad II fl. In remediis pro persona sua exigit pro sepultura LXX dl. Item oblationes per annum æstimat ad IIII fl. Item ex confessionalibus et stola habet ad III fl. Omnes reditus et proventus ex dicta Parochia provenientes æstimat ad LXX fl. Item locavit eandem ad tres annos pro XXIIII fl. annuæ absentiæ. Item Jägergelt I ℔. dl. Item domus dotis non patitur speciales defectus.

§. 504.

Hergoltshausen [2]).

Dominus Laurentius Geisler, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Jacobi et Christophori in Hergolzhausen. Eiusdem Pastor Georgius Milzl. Est de collatione officii Vicariatus Frisingensis. Item habet tres filiales ecclesias, videlicet s. Nicolai et Catharinæ in Baumgarten, s. Joannis Baptistæ et Evangelistæ in Tandlskirchen,

---

[1]) Vgl. §. 224. §. 390. n. 139. u. §. 684. n. 74.

[2]) Vgl. §. 226. §. 386. n. 94. u. §. 684. n. 75.

s. Annæ et B. Virginis in Arnschwandt cum sepulturis et duas capellas, s. Albani et s. Laurentii in Andarff. Item habet 270 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione iiii fl., ex anniversariis j ℔. dl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat ad xx fl., minores decimas æstimat ad j ℔. dl. Item in remediis recipit iuxta facultates defuncti iiii, v aut vi ß dl. Item oblationes annuales æstimat ad ii fl., confessionalia ad xii ß dl., panes primitiales ad i fl. rhen. In summa reditus et proventus omnes æstimat ad lx fl. Item colit Prædium dotale, quod si locaret, ex illo habere posset 4 fl. Item dicit, quod eandem ecclesiam apud acta Vicariatus locaverit ad dies sui Pastoris pro xvi ℔. dl. annuæ absentiæ. Item Vogtey Nobilibus de Taufkirchn Hofmarkherrn 60 et 3 (i. e. 63) ℔. dl. et quatuor modios avenæ. Item i fl. Jägergelt ad Landshut. Item domus dotis non patitur defectus.

§. 505.

Margretnried [1]).

Dominus Thomas Steger, Plebanus parochialis ecclesiæ s. Margarethæ in Margretnried, dicit, quod dicta sua ecclesia sit de collatione capituli Frisingensis. Solvit ii fl. pro possessione. Habet tres filiales ecclesias, s. Petri in Wald, s. Michaelis in Schwarzerstorff, s. Stephani in Siglstetten. Item habet 100 communicantes. Item ex missa quadam hebdomadali vi ß dl. Item colit prædium dotale, quod si colono locaret, posset ex illo habere ad iii fl. Item omnes decimas maiores æstimat ad xv fl., minores ad iii ß dl. Item in remediis exigit j et aliquando i fl. iuxta facultates defuncti. Item oblationes æstimat ad ij fl., confessionalia et stolam ad ii fl.[2]). Item omnes fructus et reditus æstimat summarie ad xxx fl. Item solvit dicto capitulo ecclesiæ Frisingensis incorporationem iii ℔. dl. Item j ℔. Jägergelt. Domus dotis et ædificia non patiuntur defectus. Solvit sibi ante annum in absenti v ℔. dl.

§. 506.

Schweinerstarff [3]).

Dominus Joannes Schiltmair, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Petri in Schweinerstarff. Eiusdem Pastor et Rector Castulus Bruck-

---

[1]) Vgl. §. 222. §. 390. n. 136. u. §. 684. n. 76.
[2]) Cod. 1. hat: Confessionalia, Kirchtracht et stolam æstimat ad 2 fl.
[3]) Vgl. §. 227. §. 395. n. 209. u. §. 684. n. 77.

hay. Est de collatione Decani Frisingensis. Item habet unam ecclesiam filialem cum sepultura, videlicet s. Georgii in Applstorff, et tres sine sepulturis, scilicet s. Jacobi in Innzkhofen, s. Joannis in Affalterbach et s. Georgii in Innsperg. Item habet 150 communicantes. Item ex missa hebdomadali VIIII β dl. Item colit prædium dotale, quod si locaret colono, posset habere III fl. Item omnes decimas maiores et minores æstimat ad XV fl. Item in remediis nescit consuetudinem ex eo, quod adhuc nullum habuit. Item oblationes æstimat ad II fl., confessionalia, panes primitiales et stolam æstimat ad I ℔. dl. Item in summa omnes reditus et proventus æstimat ad XL fl. Item locavit eandem ecclesiam ad tres annos pro annua absentia VIII fl. et VIII fl. incorporationis ad altare s. Georgii in ecclesia cathedrali. Item Jägergelt ad Landshut j ℔. dl. Item domus dotis eget reformatione.

§. 507.

Taell.

— — — — — — — —

§. 508.

Brüel [1]).

— — — — — — — —

---

[1]) Im Cod. 2. ist bey Thall von einer anderen Hand beygefügt: Parochialis ecclesia s. Viti in Thall, Decanatus Laudshut. — In der Originalmatrikel von 1524 (Cod. 1) steht bey Bruel der spätere Zusatz: „Egenhausen filialis spectat ad Scholasticum Mospurgensem. Patronus s. Stephan. Communicantes habet 12 plus minus. Provisor Joannes Hodinger.“ Cod. 2. hat bey Priel nur die gleichfalls von einer anderen Hand nachgetragenen Worte: „Parochialis ecclesia s. Joann. Bapt.“

Ueber Thal vgl. §. 101 u. §. 396. n. 220; über Priel §. 228 u. §. 190. n. 186, wo jedoch nur der Name dieser Pfarrey ohne eine Beschreibung derselben sich aufgeführt findet.

VII.

Decanatus Hebertshausen.

---

§. 509.

Hebertzhausen [1]).

Dominus Henricus Rieger, Plebanus et Decanus parochialis ecclesiæ s. Georgii in Hebertzhausen, dicit, quod illa sua ecclesia sit de collatione R^mi^ D^ni^ Episcopi Frisingensis, et quod nihil solverit pro possessione, quia illam ex resignatione D. Casparis Bart obtinuit, et uti Augustinus Köllner Secretarius retulit, non fuit consuetum, per resignationem tunc [2]) ex Cancellaria principum petere seu recipere possessionem. Non habet filialem ecclesiam. Item habet circiter 90 communicantes. Item prædium dotale locavit pro xxiiii schaffis frumentorum, valoris xx fl. Item ex missa hebdomadali xviii β dl. Item pro Salve Regina i fl. Item omnes decimas maiores præsenti anno vendidit pro l fl., minores decimas æstimat ad i fl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti, ad summum tamen non ultra i ℔. dl.; peragit propterea primum, septimum et tricesimum. Item in oblationibus iii fl., in confessionalibus 1 fl., in stola et panibus primitialibus ad i ℔. dl. indifferenter habet. Item in summa omnes reditus æstimat communibus annis ad lxxv fl. rhen. Item x β dl. Jägergelt. Vogtey den Ligsalzen gen München iiii Schäffl Korn, vnd i Lamb. Item domus dotis et eius ædificia non patiuntur defectus. Item solvit olim in absenti xl fl., sed est gravata, posset 30 (fl.) ad summum dare.

§. 510.

Tachaw [1]).

Dominus Sebastianus Hofer, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Ja-

---

[1]) Vgl. §. 210. §. 386. n. 87. u. §. 685. n. 78. — Die Visitation dieses Decanates begann, wie Cod. 1. am Rande bemerkt, die 14 Nov. (1524).

[2]) Cod. 1. hat „pro resignatione tantum.“

[3]) Vgl. §. 208. §. 382. n. 37. u. §. 685. n. 79. — Cod. 1. bemerkt am Rande,

cobi in Tachaw. Eiusdem Pastor et Rector D. Magnus Schöllenberg, Canonicus Frisingensis [1]). Est de collatione Reverendissimi Episcopi Frisingensis. Item habet duas ecclesias filiales, scilicet s. Castuli in Brucklpach, s. Laurentii in Hetzenhausen cum sepulturis, s. Nicolai in Goppartzhouen sine sepultura. Item habet in Tachaw Beneficium et Primissariam fundatam, de præsentatione civium ibidem, habens in annuis reditibus ad XLII fl. Eiusdem possessor Waldassar Vngelter, cui Capellanus eius pro absenti solvit VII fl. Item habet 450 communicantes. Item in firmis reditibus habet 6 β dl., ex prædiolo dotali. Item ex missa una hebdomadali XII β dl. Item ex anniversariis et aliis fundationibus, quorum indifferenter XL habet, X fl. Item prædium dotale colit, quod si locaretur, ex illo habere posset circiter V fl. Item omnes decimas maiores frumentorum communibus annis æstimat ac vendidit pro XLVI fl. Minores decimas æstimat ad II fl. Item in remediis exigit iuxta facultates defuncti j aut aliquando I fl., X β dl. Habuit etiam a divitibus II fl. et a quodam Seuberstorfer [2]) et Præfecto Haslinger III ℔. dl. Item habuit olim in oblationibus ad XL fl., nunc temporis vix XX fl. Item ex confessionalibus circiter IIII fl. Item panes primitiales æstimat valoris ij fl. Item omnes reditus et proventus ex dicta parochiali provenientes communibus annis æstimat ad LXXX fl. Item locat eandem suam ecclesiam de anno ad annum pro XL fl. rhen. Item Jägergelt ad Monacum II fl. Item Vogtey ad Vnderstorff II Schäffl Korn et I ℔. dl. Item habet unum Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet communibus annis XXII fl. Habitat in quodam granario prope domum dotis. Item domus et ædificia dotis egent reformatione.

§. 511.

Holtzhausen prope Tachaw [3]).

Dominus Leonardus Ostermair, Rector parochialis ecclesiæ s. Crucis in Holtzhausen, dicit, quod dicta sua ecclesia sit de collatione Rev^{mi} Episcopi Frisingensis ac sibi per Sixtum Episcopum

---

daß i. J. 1524 der Pfarrer von Dachau zugleich Synodalzeuge des Ruralcapitels Hebertshausen gewesen sey.

[1]) Magnus Schöllenberg, oder Schollenberg, Decretorum Doctor, erhielt i. J. 1497 eine Dompräbende in Freysing und war zugleich Domherr in Brixen und Pfarrer zu Umratshausen. Er starb den 10. Jan. 1528.

[2]) Cod. 1. hat Vnberstorffer.

[3]) Ueber die Pfarrey Holzhausen bey Dachau oder Kreuzholzhausen vergleiche man §. 205. §. 388. n. 123 u. §. 685. n. 80.

bonæ memoriæ ex resignatione cuiusdam Domini Leonardi collata. Solvit pro possessione Duci Sigismundo VIII fl. Item habet tres filiales ecclesias, s. Castuli in Buchschlach, s. Vdalrici in Fuessperg cum sepulturis, et s. Spiritus in Sickertzhofen sine sepultura. Item habet circiter 175 communicantes[1]). Item in fixis reditibus et institutione prædii IIII Schäffl Rocken vnd drey Habern sambt den khlainen Diensten. Item prædium dotale colit, quod si locaret, ex illo habere posset XII fl. rhen. Item ex una missa hebdomadali non fundata in capella Sickertzhofen XII β dl. Item ex anniversariis habet circiter I ℔. dl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad LXV fl. una cum minoribus, exceptis panibus primitialibus, quos æstimat ad II fl. In remediis neminem gravat, sed quod grato dant animo, divites X β dl. et aliquando II fl. Item oblationes æstimat ad IIII fl., confessionalia ad X β dl., stolam ad j fl. Item in summa omnes reditus ex dicta sua ecclesia provenientes æstimat ad 100 fl. Item Vogtey ad Monacum principi II Schäffl Rocken. Item Abbati in Etall I Schäffl Habern et II fl. Item Jägergelt ad Monacum X β dl. Non habet Cooperatorem. Item domum dotis et eius ædificia de novo ædificavit. Item, uti a senioribus audivit, dicta ecclesia locata fuit olim pro XXXII fl.

§. 512.

Viechtkirchen[2]).

Dominus Sigismundus Wairmair[3]), Plebanus in Viechkirchen, cuius Patronus s. Jacobus maior. Est de præsentatione capituli ecclesiæ Frisingensis et collatione Rev^mi Frisingensis[4]). Obtinuit huiusmodi ecclesiam per viam permutationis et nihil solvit pro possessione. Item habet quinque filiales, videlicet s. Joannis Baptistæ in Camerberg, s. Laurentii in Viechpach, s. Martini in Biberpach, ss. Petri et Pauli in Ruedeltzhouen, s. Lamperti in Riedentzhouen cum sepulturis, et quinque sacella sine sepultu-

---

[1]) Cod. 1. drückt diese Zahl mit ıj^c & XXV aus.

[2]) Vgl. §. 220. §. 398. n. 229. u. §. 685. n. 81.

[3]) Cod. 1. hat Warmayr.

[4]) Im Cod. 3. ist von einer anderen Hand am Rande die Bemerkung beygefügt worden: Ad hanc Parochiam ao. 1641 per obitum M. Joannis Kueffer mense Januario defuncti vacantem venerabile capitulum cathedrale prætenderat ius plenæ collationis; sed ostensis eidem ex parte R^mi Illmi Principis contrariis actibus capitulum de prætensione sua cessit, et iure præsentandi contentum mansit.

ris, s. Leonardi in Basenpach, s. Nicolai in Jetenhouen, s. Nicolai in Rötenpach, B. Virginis in Giebing et s. Georgii in arce Camerberg. Item habet in Parochia et capella in Giebing Capellaniam sive Primissariam non confirmatam, ad voluntatem Plebani et vitricorum suscipiendam de anno ad annum, cui dictæ filialis ecclesiæ vitrici pro salario annuo solvunt xxiiii ℔. dl. Habet idem Sacellanus residentiam et prædiolum colendum [1]). — Item habet circiter 800 communicantes. Item in fixis reditibus et institutione prædiorum dotalium ii fl., vij Schäffl Korn et v Habern. Item ex missa hebdomadali ii ℔. dl., ex anniversariis iii ℔. dl. Item prædium dotale locavit pro xviii ℔. dl. Item omnes decimas maiores [2]) frumentorum æstimat ad 100 fl., minores ad i fl. Item in remediis exigit iuxta facultates defuncti, non tamen ultra ii fl. aut ii ℔. dl. et hoc a ditioribus, a pauperibus v aut vi β dl. Item habuit olim in oblationibus ad xl fl., nunc temporis vix xxiiii fl. Item in confessionalibus habet ut æstimat ad v fl. Item panes primitiales æstimat ad x fl. Stola est Cooperatorum. Item in summa omnes reditus ex dicta parochiali provenientes æstimat ad 250 fl. Item dicta ecclesia incorporata est capitulo ecclesiæ Frisingensis pro lxxvi fl. j ℔. xx dl. Item Jägergelt ad Monacum iii fl. Item Vogtey xxiiii Ducatn et j Ducatn, in summa incorporationis superioris contentos [3]). Item habet duos Cooperatores, quibus dat tabulam et v ℔. dl. cuilibet. Habent eorum habitationes in quodam granario prope domum dotis sito et ad xx fl. in eorum reditibus et obventionibus. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus. Item dicit, quod possit eandem locare pro annua absentia xl fl.

§. 513.

Mitterndorff [4]).

Dominus Thomas Lämpl, Rector parochialis ecclesiæ s. Nicolai et B. Virginis in Mitterndorff, dicit, quod dicta sua ecclesia sit de collatione Revmi Dni Episcopi Frisingensis. Item habet unam filialem ecclesiam s. Viti in Ginding cum sepultura, s. Leonardi in

---

[1]) In der älteren Matrikelabschrift (Cod. 2) steht hier am Rande die Bemerkung: Prima vice ad petitionem D. Parochi ad hoc beneficium investitus fuit Georg. Sim. Mörz 11 Aug. 1689. Dedit pro primis fructibus 10 fl.

[2]) Cod. 1. setzt auch hier „et minores" bey.

[3]) Im Cod. 1. sind die Worte „superioris contentos" durchstrichen und dafür die Worte „prædictæ inclusis constituen(tes) fl. rhen. 77" von der nämlichen Hand beygesetzt.

[4]) Vgl. §. 206. §. 390. n. 145 u. §. 685. n. 82.

Webling et s. Michaelis in Stainkirchen ac B. Virginis in Schwaig sine sepulturis. Item habet 160 communicantes. Item habet in fixis reditibus et institutione cuiusdam prædioli dotalis III Schäffl Korn et III Habern. Item ex missis hebdomadalibus IIII ℔. dl. Item habet circiter VIII anniversaria et ex illis ad VI β dl. Item prædium dotale ipse colit, quod si locaret, ex illo habere posset ad VIII fl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat ad XXXVIII fl., minores ad I fl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti j fl., I ℔. dl., I fl., etiam VIIII et X β dl. Item ex oblationibus circa V fl. Item ex confessionalibus IJ fl. Item panes primitiales æstimat ad IJ fl. In summa omnes reditus dictæ ecclesiæ æstimat ad LXXX fl. Item solvit D. Wilhelmo Wilzinger XIIII fl. pro pensione. Item Vogtey filiis Jacobi Ridler IIII Schäffl Korn vnd Othmar Ridlerin I Schäffl Habern. Item I fl. Jägergelt. Item de prædio in Stainkirchen ecclesiæ in Mitterndorff similiter Vogtey I Schäffl Korn. Item domus et ædificia dotis sunt mediocria. Item solvit olim in absenti XXXII fl.

§. 514.

Berkirchn [1]).

Dominus Georgius Hainrichman, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Joannis Baptistæ in Berkirchen. Eiusdem Rector D. Wolfgangus Berndorffer. Est de collatione Revmi Frisingensis. Item habet quatuor filiales, scilicet s. Nicolai in Deuttenhausen, s. Jacobi in Bachern et s. Bartholomæi in Braittenau cum sepulturis, duas capellas, s. Augustini in Veltgeding et s. Leonardi in arce Eiselsriedt. Item habet circiter 350 communicantes. Item in fixis reditibus et institutionibus V fl. VI β dl., III Schäffl Korn, IIII Habern. Item pro missis hebdomadalibus habet VI Tagwerck Anger, valoris VI aut VIII β. Item in anniversariis circiter I fl. Item prædium dotale colit, quod si locaret, ex illo habere posset ad XII fl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat ad 125 fl., minores decimas IIII fl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti, non tamen ultra X β. ad summum, celebrat tres missas. Item in oblationibus habet circiter X fl., in confessionalibus pro parte sua ad II fl. Item panes primitiales æstimat ad II fl. Stola cedit Cooperatori. Item omnes reditus et proventus in dicta parochiali provenientes, communibus annis æstimat ad 200 fl. Item Jägergelt ad Monacum Principi III fl. Item Vogtey similiter ad Monacum Prin-

[1]) Vgl. §. 217. §. 381. n. 26. u. §. 685. n. 83.

cipi XIII Schäffl Habern[1]) et Nobilibus Auern ad Adlzhausen ij Schäffl Korn et ij Schäffl Habern[2]), item x T. dl. incorporationis summo Custodi ecclesiæ Frisingensis. Item locavit eandem ecclesiam pro LXXX fl. annuæ absentiæ, sed locatio nondum est erecta et inscripta. Item habet unum Cooperatorem, cui dat tabulam. Idemque communibus annis habet circiter XVI fl. ex suis obventionibus. Habitat in quodam granario iuxta dotem. Item domus et ædificia dotis egent reformatione.

§. 515.

Moching[3]).

Dominus Joannes Herl, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Petri in Moching. Eiusdem Rector D. Michael Adler ex Monaco. Est de collatione Rev^mi^ Frisingensis[4]). Item habet duas ecclesias filiales, scilicet B. Virginis in Weilbach[5]) cum sepultura et s. Nicolai in Sulzrain sine sepultura. Item habet in Weilbach Beneficium et Primissariam de præsentatione Schluder civium Monacensium. Eius prossessor D. Mathias Schuhl. Habet Capellanus ex obventionibus fundatis ad XXXII fl. — Item habet 270 communicantes. Item ex fixis reditibus et institution(ibus) XII β. x dl., III Schäffl Korn et II Habern. Item ex anniversariis XXIII β dl., sed deductis oneribus manent sibi pro suis laboribus vix VI β dl. Item prædium dotale si locaret, ex eo habere posset x fl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat ad XLVI fl., minores decimas ad III fl. Item in remediis exigit iuxta facultates defuncti et consuetudines a ditioribus II T. dl., ab aliis VI aut VII β. Item olim habuit in oblationibus ad XVI fl., nunc vix x fl. Item confessionalia æstimat ad II fl., panes primitiales ad III fl. In summa omnes reditus et proventus ex dicta parochiali provenientes æstimat ad LXXX fl. Item locavit eandem suam ecclesiam Monaci ad octo annos pro XL fl. Item II fl. Jägergelt. Item Vogtey Principi ad Monacum II Schäffl vnd I Mezen Rocken. Item domus dotis eget reformatione.

---

[1]) Nach Cod. 1. nur 12 Schäffel Haber.

[2]) Cod. 3. verweist hier am Rande auf die (unten §. 676 abgedruckte) Urkunde vom 9. Nov. 1640.

[3]) Ueber die Pfarrey Ampermoching vergleiche man §. 216. §. 390. n. 146. u. §. 685. n. 84.

[4]) Im Cod. 1. sind von einer anderen Hand die Worte beygefügt: „et de plena dispositione Ordinarii.“

[5]) Cod. 1. schreibt Beilbach.

§. 516.

Rœrmos [1]).

Dominus Mathias Schuhl [2]), Vicarius parochialis ecclesiæ s. Joannis Baptistæ in Rörmos. Eiusdem Rector D. Waldassar Leb. Est de collatione Episcopi Frisingensis. Item habet duas filiales ecclesias, videlicet s. Vitalis in Sumarsshausen et s. Catharinæ in Schönbrun cum sepulturis. Item habet circiter 210 communicantes. Item in fixis reditibus et institutionibus certorum agrorum, quando coluntur, II Schäffl frumenti, quod in dictis agris crescit. Item ex missis hebdomadalibus II Schäffl Rocken et II Habern. Item ex anniversariis XL cruc. Item prædium dotale ipse deponens colit, quod si locaret, ex eo habere posset ad XII fl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat valoris LI fl., minores III fl. In remediis ad summum exigit ad x β dl. et a pauperibus minus. Item oblationes æstimat ad VI fl., confessionalia ad x β., panes primitiales et stolam ad II fl. In summa omnes reditus et obventiones ex dicta ecclesia provenientes æstimat ad 100 fl. Item locat eandem ecclesiam de anno ad annum pro XXV fl. absentiæ. Item XXVII fl. incorporationis capitulo ecclesiæ Frisingensis [3]). Item Jägergelt ad Monacum II fl. Item 4 Schäffl Rocken Vogtey den Ligsalzen [4]) ad Monacum. Item domus et ædificia dotis sunt competenter ædificata.

Zu §. 516.

Leo Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ex debito ministerii pastoralis officii ad ea, per quæ in singulis ecclesiis, præsertim cathedralibus insignibus divinæ laudes debite persolvantur, ac ministris ad hoc deputatis de opportunæ subventionis auxilio salubriter provideatur, libenter intendi-

---

[1]) Vgl. §. 218. §. 394. n. 197. u. §. 685. n. 85.

[2]) Nach vorstehender Beschreibung der Pfarrey Moching war dieser Pfarrer zugleich Beneficiat in Weilbach.

[3]) Dem Cod. 3. ist bey Röhrmoosen die oben abgedruckte Abschrift jener Bulle vom 16. Jul. 1518 beygefügt, wodurch Papst Leo X. dem Domcapitel in Freysing das Recht, von der Pfarrey Röhrmoosen Behufs des Unterhaltes der Choralisten in der Domkirche ein Absent von 27 rheinischen Goldgulden zu erheben, bestätiget hat. Die Stiftung der Domchoralisten zu Freysing erfolgte nach Meichelbecks deutscher Chronik (S. 258) im J. 1491 durch Bischof Sixtus.

[4]) Cod. 1. hat „Lusalzen."

mus, ac his, quæ propterea provide facta dicuntur, ut illibata persistant, cum a nobis petitur, apostolici muniminis præsidium propensius impartimur. Sane pro parte dilectorum filiorum modernorum Præpositi et Decani ac Capituli ecclesiæ Frisingensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias, cum tunc Episcopus Frisingensis pro decentiori divinorum in dicta ecclesia celebratione de consilio et assensu tunc Præpositi et Decani ejusdem ecclesiæ ac Capituli præfatorum duodecim cantores Chorales nuncupatos ad nutum amovibiles, qui in eadem ecclesia horas canonicas et alia divina officia decantarent aliasque unacum illius Canonicis, Vicariis et Beneficiatis perpetuis et aliis personis pro tempore existentibus in eisdem divinis deservirent, certis eis deputatis Administratoribus instituisset, dictus Episcopus pro sustentatione et stipendio ipsorum duodecim Choralium de simili tunc Præpositi, Decani et Capituli prædictorum consilio et assensu inter alia ex fructibus parochialis ecclesiæ in Rermosen Frisingensis diœcesis, ad ejus collationem, provisionem et omnimodam dispositionem pertinentis, portionem viginti septem florenorum auri Rhenensium, eisdem Choralibus seu eorum Administratoribus per Rectorem seu perpetuum Vicarium ipsius parochialis ecclesiæ pro tempore existentem annis singulis persolvendam, et per eosdem Chorales seu eorum Administratores percipiendam, reliquis fructibus pro congrua portione ejusdem Rectoris seu Vicarii reservatis, ordinaria auctoritate perpetuo applicavit et appropriavit ac ex tunc Chorales seu eorum Administratores præfati in pacifica possessione vel quasi, portionem viginti septem florenorum ex fructibus parochialis ecclesiæ hujusmodi percipiendi fuerunt, prout existunt de præsenti. Quare pro parte modernorum Præpositi et Decani ac Capituli prædictorum asserentium, fructus, redditus et proventus dictæ parochialis ecclesiæ octo marcharum argenti secundum communem æstimationem valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter supplicatum, ut applicationi et appropriationi prædictis pro illarum subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adjicere ac alias in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui in ecclesiis quibuslibet divini cultus augmentum et ministrorum ecclesiasticorum commoditatem sinceris desideramus affectibus, modernos Præpositum et Decanum ac singulares personas Capituli hujusmodi a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, applicationem et appropriationem prædictas ac prout illas concernunt omnia et singula in litteris ipsius Episcopi desuper confectis contenta et inde secuta et quæcunque auctoritate

Apostolica tenore præsentium approbamus et confirmamus ac illis perpetuæ firmitatis robur adjicimus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem et nihilominus pro potiori cautela ex fructibus parochialis ecclesiæ hujusmodi præfatam portionem viginti septem florenorum, ut præfertur, persolvendam et percipiendam collegio Choralium prædictorum eisdem modo et forma, quibus per dictum Episcopum applicata extitit, de novo perpetuo auctoritate et tenore prædictis applicamus et appropriamus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, adjicionis, applicationis et appropriationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimo octavo, decimo septimo Calend. Augusti. Pontificatus nostri Anno sexto.

§. 517.

Inntzemoss [1]).

Dominus Joannes Fabri, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Georgii in Inntzemoss. Eiusdem Rector D. Georgius Neidlinger. Est de collatione et plena dispositione capituli Frisingensis ecclesiæ. Item habet unam filialem ecclesiam s. Margaretæ in Klein-Inntzemoss. Item habet LIII communicantes. Item habet ex institutione prædii dotalis II Schäffl Korn vnd II Habern. Item habet ex uno anniversario j ℔. dl. Item prædium dotale locat D.[2]) de capitulo ecclesiæ Frisingensis. Item omnes decimas maiores frumentorum communibus annis æstimat ad XVI fl. unacum minoribus. Item in remediis exigit iuxta facultates defuncti, non tamen ultra x β dl. Item oblationes æstimat ad I fl., confessionalia ad LXXX dl., panes primitiales ad XL cruc. Item omnes reditus in dicta ecclesia provenientes æstimat ad XXXII fl. Item locavit eandem ecclesiam de anno ad annum pro VI fl. absentiæ. Item j fl. Jägergelt. Item domus dotis eget reformatione.

---

[1]) Vgl. §. 214. §. 387. n. 110. u. §. 685. n. 86.

[2]) Cod. 1: hat locant D(omini?).

§. 518.

Haimhausen [1]).

Dominus Joannes Pfaffenhofer, Plebanus parochialis ecclesiæ s. Nicolai in Haimhausen, dicit, quod illa sua ecclesia sit de collatione Rev^mi Frisingensis [2]). Item habet quatuor filiales ecclesias, scilicet B. Virginis in Innhausen, s. Stephani in Ottershausen, s. Joannis in Herentzhausen et s. Margaretæ in Nennbach cum sepulturis. Item in ecclesia Innhausen est Capellania sive Beneficium [3]) fundatum, de collatione R^mi Frisingensis. Eius possessor Wilhelmus Leb, habet in annuis reditibus ad XLIII fl. Solvit XII fl. in absenti. — Item habet 270 communicantes. Item in fixis reditibus et institutionibus III ℔. dl. Item ex anniversariis habet ad II ℔. dl. Item prædium dotale colit, quod si locaret, ex illo habere posset circiter VIII fl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat ad LXX fl., minores ad V aut VI fl. Item in remediis et funeralibus exigit iuxta facultates defuncti usque ad X β dl. ad summum. Item oblationes, panes primitiales, confessionalia et stolam æstimat ad XX fl. In summa omnes reditus et obventiones ex eadem sua ecclesia provenientes æstimat ad ij^c fl. [4]). Item dicta ecclesia est impensionata Capellano Rishaimer pro X fl. Item Jägergelt II fl., Vogtey I ℔. dl. Principi. Item habet Cooperatorem, cui dat tabulam et IIII fl. Idem ex suis accidentalibus per annum habet ad XXIIII fl. Habitat in suo granario prope dotem sito. Item solvit in absenti LII fl. Domus et ædificia dotis sunt ruinosa.

---

[1]) Vgl. §. 209. §. 386. n. 83. u. §. 685. n. 87.

[2]) Cod. 3. bemerkt an dieser Stelle: In margine antiquæ matriculæ (Cod. 2) hoc loco reperiuntur sequentia aliena manu apposita verba: *De permutatione iuris patronatus illius parochialis Haimhausen et parochiae in Mainburg, ao. 1485 inter Illustrissimos Duces Bavariae Sigismundum et Albertum, et Sixtum Episcopum Frisingensem facta, vide litteras originales memoratorum Illustrissimorum Ducum in archivio Frisingensi.* Latius vide infra apud Decanatum s. Petri in Monaco (§. 548).

[3]) Istud Beneficium altaris B. M. V. in Inhausen fundavit Albertus Dux Bavariæ anno 1457. Ideo Duces Bavariæ iure fundationis habent dicti Beneficii ius patronatus. Exemplum fundationis invenitur apud præsentationes de ao. 1569. Diese Note steht Cod. 2 u. 3. am Rande.

[4]) Ein und ein halb Hundert.

§. 519.

Belhaim[1]).

Dominus Joannes Hörl, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Vrsulae in Belhaim. Eiusdem Rector D. Leonardus Engelhartzhouer. Est de collatione Rmi Frisingensis. Item habet duas filiales, scilicet s. Martini in Bachern et s. Egidii ac Joannis et Pauli in Artzbach cum sepulturis, et capellam s. Joannis Baptistæ in Oberweilbach. Item habet 210 communicantes. Item ex institutione prædii dotalis in Niderpachern habet v Schäffl Rocken et v Habern. Item prædium dotale ipse colit, quod si locaret, ex illo habere posset xv fl. Item omnes maiores decimas æstimat ad lxv fl., minores ad iii fl. Item in remediis exigit iuxta facultates defuncti usque ad xii β. ascendendo. Item oblationes, confessionalia et stolam ad x fl., panes primitiales ad ii fl. æstimat. In summa omnes reditus æstimat ad 115 fl. Item non habet locationem, nisi de anno ad annum pro xl fl. Item Jägergelt ii fl. Item Vogtey iiii Schäffl Korn vnd iiii Viertl Principi, vnd dem Hofmarchsherrn Ridlern iiii Viertel Habern. Item non habet Cooperatorem, sed Sacellanum ad certos dies sibi assistentem, solvit iiii ℔. dl. Item domus dotis et eius ædificia egent reformatione.

§. 520.

Kolwach[2]).

Dominus Joannes Braunauer, Plebanus parochialis ecclesiæ s. Martini in Kolwach, dicit, quod dicta sua ecclesia sit de collatione Episcopi Frisingensis. Obtinuit illam ecclesiam ex resignatione. Solvit pro possessione ad cancellariam Monacensem vi fl. Item habet unam filialem ecclesiam, videlicet s. Martini in Bettnpach. Item habet circiter ducentos communicantes. Item habet ex institutione i ℔. et xii dl. Item prædium dotale colit, quod si locaret, habere posset ex illo circiter xv fl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat ad lxxx fl., minores ad xv fl. Item in remediis et funeralibus neminem coarctat neque cogit; recipit, quod quisque grato animo offert, et non ultra.... fl.[3]). Item oblationes, confessionalia, stolam, panes primitiales æstimat ad xv fl. In summa om-

---

[1]) Vgl. §. 207. §. 393. n. 173. u. §. 685. n. 88.

[2]) Vgl. §. 215. §. 388. n. 120. u. §. 685. n. 89.

[3]) Wahrscheinlich muß „non ultra *unum* florenum gelesen werden.

nes reditus et obventiones ex dicta sua parochiali provenientes æstimat ad 150 fl. Item Vogtey Nobilibus de Weichs agnum paschalem, 100 ova, IIII β dl., XL Reiß Har, valoris II fl. Item Jägergelt II fl. ad Monacum. Item dicta sua ecclesia impensionata est pro XXVI fl. rhen. cuidam Curato Hynn. Item domus et ædificia dotis sunt per ipsum deponentem bene reformata. Item posset dare in absenti LII fl., inclusa tamen pensione prædicta.

§. 521.

Gartz [1]).

Dominus Sebastianus Westermair, Vicarius parochialis ecclesiæ B. Virginis in Gartz. Eiusdem Pastor et Rector D. Joannes Mentzinger. Est de collatione Episcopi Frisingensis. Item habet quatuor filiales ecclesias, videlicet s. Petri in Westerndorff, s. Martini in Varntzhausen, s. Joannes Baptistæ in Hochperchach [2]) cum sepulturis, et s. Stephani in Lautterbach sine sepultura, ac unam capellam s. Georgii in Belcka. Item habet 315 communicantes. Item ex prædio dotali in Westerndorff habet II Schäffl Korn vnd III Schäffl Habern. Item a tribus anniversariis habet VI β dl. Item prædium dotale colit, quod si locaret, ex illo habere posset VII fl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat ad LX fl., minores ad II fl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti, non tamen ultra XII β. Item confessionalia æstimat ad II fl., oblationes pro VI fl. Item panes primitiales æstimat ad III fl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad 100 fl. Item locavit eandem suam ecclesiam pro annua absentia LII fl. Item I fl. Vogtey Præfecto in Massenhausen. Item habet unum Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet ex suis obventionibus per annum XXIIII fl. Habitat in quodam granario iuxta domum dotis. Item domus et ædificia dotis sunt per deponentem restaurata.

§. 522.

Rumeltzhausen [3]).

Dominus Joannes Rudolff, alias Grunbüchler, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Laurentii in Rumeltzhausen. Eiusdem Rector D.

---

[1]) Ueber die Pfarrey Jarzt vergleiche man §. 213. §. 387. n. 104. u. §. 685. n. 90.
[2]) Im Cod. 2. findet sich die Verbesserung „Abberchach“ angebracht.
[3]) Vgl. §. 219. §. 394. n. 200. u. §. 685. n. 91.

Joannes Kocher. Est de præsentatione Abbatis in Scheirn. Non habet Beneficium fundatum, neque filialem. Item habet circiter XLV communicantes. Item nihil habet in fixis reditibus præter prædium dotale, quod colono locavit pro frumento valoris X fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad XXV fl., minores ad II fl. In remediis iuxta facultates defuncti, non tamen ultra...... ℔. dl.[1]) exigit. Item oblationes, confessionalia et stolam æstimat ad II fl., panes primitiales æstimat ad XLVIII dl.[2]). In summa omnes reditus et proventus æstimat ad L fl. Item locavit eandem ecclesiam ad sex annos pro X fl. absentiæ. Item Jägergelt Principi LX dl. Item Vogtey scribæ iudiciorum in Tachaw II Schäffl siliginis. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus.

§. 523.

Camer [3]).

Dominus Sigismundus Miller, presbyter Frisingensis Diœcesis, Plebanus parochialis ecclesiæ s. Joannis Evangelistæ in Camer, dicit, quod sua ecclesia sit de collatione Rev^mi^ Episcopi Frisingensis. Solvit pro possessione X fl. Item habet 450 communicantes. Item habet sex filiales ecclesias, scilicet s. Thomæ in Schlips, s. Stephani in Eglhausen, s. Spiritus & Sebastiani in Mittermarpach cum sepulturis, s. Margaretæ in Herschenhouen, s. Valentini in Niernstarff, s. Vdalrici in Mildorf sine sepulturis. Item duas capellas, s. Colomanni prope Wal, aliam nescivit. Item in fixis reditibus ex institutione ad IIII fl. Item de missis hebdomadalibus II fl. Item de anniversariis fundatis V fl. Item de prædio dotali annuatim siliginis V Schäffl, avenæ V Schäffl, tritici I Schäffl, Wißgült I ℔. dl. Item in decimis maioribus ad LXXXV fl., in minoribus XIII fl. Item in remediis exigit iuxta facultates defuncti ad VI, VII, X, ad summum XII β dl. Item persona defuncta Cooperatori pro exequiis XX cruc. Item habet in oblationibus per totum annum ad X fl. Item ex confessional(ibus) ad IIII fl. Item panes primitiales II fl. Summam redituum ecclesiæ suæ æstimat ad 160 fl. Item habet unum Cooperatorem, cui dat tabulam sine potu, cuius obventiones æstimat ad XXIIII fl. Item de ecclesia sua nihil expendit, nec Jägergelt, neque Vogtey. Item domus dotis non est ruinosa. Item posset habere in absenti LII fl. Item nullum habet Beneficium fundatum in sua ecclesia, sed dicit, quod validi viri de Camer habent Capellanum Joannem Weckl ad nutum amovibilem, cuius obventiones æstimat ad XXIIII fl.

---

[1]) Wahrscheinlich ist zu lesen: „ultra *unam* libram denariorum.“

[2]) Cod. 1. hat 48 fl. Offenbar ein Verstoß des Schreibers.

[3]) Vgl. §. 211. §. 386. n. 99. u. §. 685. n. 92.

VIII.

Decanatus Egenburg.

§. 524.

Egenburg [1]).

Dominus Joannes Vennd, Decanus et Plebanus parochialis ecclesiæ s. Stephani et Laurentii in Egenburg, dicit, quod dicta sua ecclesia sit de collatione Rev^mi^ D^ni^ Episcopi Frisingensis. Nihil solvit pro possessione, quia illam ex resignatione obtinuit. Item habet circiter 200 communicantes. Item nihil habet in fixis reditibus, neque ex missis hebdomadalibus. Item prædium dotale conduxit colono pro VI fl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat ad LXXX fl., minores ad V fl. rhen. In remediis exigit iuxta facultates defuncti j fl., V β. et ad summum I fl. Item oblationes æstimat his temporibus ad IIII fl., confessionalia ad I fl. Item panes primitiales æstimat ad I ℔. dl. In summa omnes reditus ex dicta parochiali provenientes æstimat ad XC fl. Item Domino Caspari Wintzrer Vogtey VI fl. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus. Posset dare 32 fl. in absenti.

§. 525.

Wenigmünchen [2]).

Dominus Georgius Bopffinger, testis synodalis, Plebanus parochialis ecclesiæ s. Michaelis in Wenigmünchen, dicit, quod dicta sua ecclesia sit de præsentatione Abbatissæ in Hohenwardt et de collatione Episcopi Frisingensis. Item habet circiter 50 communicantes. Item in fixis reditibus, missis hebdomadalibus et anniversariis nihil habet, salvo XLVIII dl. pro duobus anniversariis. Item prædium dotale, quod colit, si locaret, ex illo habere posset III fl. Item

---

[1]) Vgl. §. 237. §. 382. n. 43. u. §. 686. n. 93.

[2]) In der Originalmatrikel von 1524 (Cod. 1) steht Vsenwang vor Wenigmünchen. — Vgl. §. 254. §. 399. n. 244. v. §. 686. n. 95.

omnes decimas maiores frumentorum communibus annis æstimat ad xxx fl., minores ad ij fl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti I & II fl. et semel recepit a duabus personis V fl. Item in oblationibus habet circiter I ℔. dl., in confessionalibus, stola et panibus primitialibus ad 2 fl. Item omnes reditus et proventus ex eadem provenientes æstimat ad XL fl. Item Jägergelt ad Monacum Principi LX dl. Item Vogtey Wigileo Hundt I Schäffl avenæ et agnum. Item domus et ædificia dotis patiuntur defectus. Solvit idem Plebanus olim in absenti XV fl.

§. 526.

Vsenwang [1]).

Dominus Adam Errman, Plebanus et Camerarius parochialis ecclesiæ s. Michaelis in Vsenwang, dicit, quod dicta sua ecclesia sit de præsentatione Abbatis et conventus in Fürstenfelt et collatione Rev^{mi} Frisingensis. Habet tres filiales ecclesias, videlicet s. Joannis in Pabenried, s. Petri in Aich, s. Michaelis in Buech cum sepulturis, et duas capellas, scilicet s. Wilibaldi et B. Virginis prope Vsenwang. Item habet 350 communicantes. Item in anniversariis habet circiter I ℔. dl., in missis hebdomadalibus XVIII β dl. Ex fixis reditibus et institutionibus nihil habet, sed tollit et imbursat D. Abbas et conventus præfati. Item prædium dotale colit, quod si locaret, ex illo habere posset IIII fl. Item omnes maiores decimas frumentorum communibus annis æstimat ad XL fl., minores decimas ad III fl. Alias decimas in Buech et Aich provenientes, et quas dictus D. Abbas et conventus tollit, æstimat ad 100 fl. Item recordatur, quod indifferenter ante X annos elapsos secunda feria Paschatis infra tres horas oblatæ fuerint in capella s. Wilibaldi 40 Schäffl frumentorum, quas dictus D. Abbas et conventus levavit et abduxit, ipsi deponenti, uti eiusdem capellæ pastori, nihil relinquendo, et huiusmodi concursus fiat apud dictam capellam tribus vicibus, videlicet dicta secunda feria Paschatis, secunda etiam feria Pentecostes ac Simonis & Judæ Apostolorum. In remediis exigit iuxta facultates defuncti infra et supra I fl., non tamen ultra II fl. Item in oblationibus olim habuit ad VI fl., nunc vix II fl. Item in confessionalibus circiter XII β dl. Panes primitiales æstimat ad II fl. In summa omnes reditus et proventus ex dicta parochiali provenientes communibus annis æstimat ad LXXX fl. Item Jägergelt ad Monacum Principi XII β dl. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus. Item posset illam suam ecclesiam locare pro XL fl.

---

[1]) Ueber Jesewang vgl. §. 242. §. 387. n. 105 und §. 686. n. 94.

§. 527.

Pfaffenhouen an der Glann[1]).

Dominus Georgius Schenderl, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Michaelis in Pfaffenhouen. Eiusdem Rector D. Marcus Harder. Est de præsentatione Abbatis et conventus ad s. Udalricum Augustæ. Item habet unam filialem ecclesiam cum sepultura, videlicet s. Martini in Nidernvmbpach. Item habet circiter 150 communicantes. Item in fixis reditibus et institutione prædii dotalis in Wagnhouen 5 Schäffl siliginis et totidem avenæ ac vi β dl. Wissgilt. Insuper ex prædio in Nidernvmbpach v β dl., v Metzen siliginis et v avenæ. Item prædium dotale in Pfaffenhouen deponens colit, quod si locaret, ex illo habere posset ad vi fl. Item omnes maiores decimas frumentorum communibus annis æstimat ad l fl., minores ad iii fl. Item in remediis adhuc ultra i fl. nunquam exegit. Item in oblationibus ad iiii fl., confessionalibus i fl., panibus primitialibus et stola circiter 2 fl. In summa omnes reditus æstimat ad lxxx fl. Item locat eandem ecclesiam de anno ad annum pro 42 fl. absentiæ. Item non solvit Jägergelt, sed celebrat in Fridperg unam missam. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus.

§. 528.

Egenhouen[2]).

Dominus Castulus Bollinger, Plebanus parochialis ecclesiæ s. Leodegarii in Egenhouen, dicit, quod dicta sua ecclesia sit de collatione R^mi Frisingensis. Solvit Monaci ad cancellariam pro possessione 2 fl. Item habet unam filialem ecclesiam sine sepultura, videlicet s. Nicolai in Boigern. Item habet circiter lxx communicantes. Item prædium dotale ipse deponens colit, quod si locaret, ex illo habere posset xii fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad xlv fl., minores ad 2 fl. In remediis exigit infra et non ultra i ℔. dl. Item ex oblationibus habet communibus annis ad ii fl., ex confessionalibus i fl., ex panibus primitialibus et stola similiter i fl. In summa omnes reditus et proventus dictæ suæ ecclesiæ communibus annis æstimat ad lxx fl. Item solvit D. Stephano Rorstorffer pro pensione xvi fl. Item Jägergelt Principi i fl. Item domus et ædificia non patiuntur defectus. Item solvit in absenti xxxii fl.

---

[1]) Vgl. §. 246. §. 393. n. 179. u. §. 686. n. 96.
[2]) Vgl. §. 238. §. 383. n. 44. u. §. 686. n. 97.

§. 529.

Auffkirchen [1]).

Dominus Joannes Hueber, Plebanus parochialis ecclesiæ s. Georgii in Auffkirchen, dicit, quod dicta sua ecclesia sit de collatione R^mi Frisingensis. Obtinuit dictam ecclesiam ex resignatione et nihil solvit pro possessione. Item habet quatuor filiales ecclesias, videlicet s. Vdalrici in Englhartzhouen, B. Virginis in Schwainbach cum sepulturis et s. Crucis in Remertzhouen ac s. Stephani in Berg sine sepulturis. Item habet circiter 300 communicantes. Item in fixis reditibus et institutionibus prædiorum xii fl. Item in anniversariis j ℔. dl. Item prædium dotale locat colono pro tertia parte fructuum, quos æstimat ad 4 Schäffl siliginis et 4 avenæ. Item omnes maiores decimas frumentorum communibus annis æstimat ad xc fl., minores ad vi fl. In remediis exigit j fl., j ℔. dl. Neminem gravat, licet antecessores exegerint ad i fl. Item in oblationibus habet ad iii fl., in confessionalibus, stola et panibus primitialibus ii fl. In summa omnes reditus ex dicta parochiali provenientes æstimat ad 124 fl. Item Vogtey 4 Schäffl avenæ et j ℔. dl., duo Schäffl Principi et 2 Adlzhausern. Item Principi Jägergelt 2 fl. Item domus et ædificia dotis sunt mediocriter ædificata. Item solvit olim in absenti lx fl.

§. 530.

Bruck-Pfaffing [2]).

Dominus Joannes Burckhouer, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Nicolai in Altnfraunhouen. Eiusdem Rector D. Simon Rudolff. Est de collatione Rev^{mi} Frisingensis. Item habet quinque filiales ecclesias, videlicet s. Stephani in Wernstarff, s. Vdalrici in Ganckhofen, B. Virginis in Gotzstorff, s. Margarethæ in Achdarff, s. Dionysii in Gollern cum sepulturis et duas capellas, s. Lamperti in Auckhaim et s. Jacobi in Heltnperg. Item non habet Beneficium fundatum, sed Nobiles de Fraunhouen tenent proprium Capellanum. Item habet 1100 communicantes cum filiali ecclesia Achdarff. Item in fixis reditibus ex institutione III fl. Item ex missis hebdomadalibus et anniversariis fundatis habet XV fl. Item prædium dotale, si locaret, ex illo habere posset VIII fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad LXXX fl., minores ad II fl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti, et hactenus a qualibet missa LX dl. postulavit, sed aliquid minus sæpissime concordavit; ab illis tamen, qui exequias non peragunt, recipit LXX dl. et infra. Item oblationes annuales æstimat ad X fl., confessionalia ad VIII fl., in quibus, puta remediis, oblationibus et confessionalibus, Cooperatores habent tertiam partem. Panes primitiales æstimat ad VIII fl. In summa omnes reditus et obventiones ex dicta parochiali provenientes æstimat ad 130 fl. Item locat eandem ecclesiam de anno ad annum pro LXII fl. et I β dl. Item Nobilibus de Fraunhouen Jägergelt Nachtzell, æstimat ad III fl. Item habet duos Cooperatores secum in dote, quibus dat tabulam. Habent in annuis obventionibus ad XXIIII fl. Item domus et ædificia dotis egent reformatione.

---

[1]) Vgl. §. 141. §. 380. n. 7. u. §. 689. n. 144.

§. 580.

Gramlkhaim[1]).

Dominus Christophorus Grunter, Plebanus parochialis ecclesiæ s. Petri Apostoli in Gramlkhaim, dicit, eandem suam ecclesiam esse de collatione Rev^mi Frisingensis. Item habet tres filiales ecclesias, videlicet B. Virginis in Breisnperg, s. Luciæ in Schalkstorff, s. Viti in Ramlkhaim. Habet 220 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione circiter xviii β dl. Item ex anniversariis i ℔. dl. Item prædium dotale posset locare pro ii ℔. dl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad 18 fl., minores ad j fl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti, ad summum ii ℔. dl. Item oblationes per integrum annum æstimat ad iii ℔. dl., confessionalia ad ii ℔. dl., panes primitiales ad j ℔. dl. In summa omnes reditus et proventus æstimat ad xxxvi fl. Item Jägergelt Principi v β dl. Item domus et ædificia dotis sunt competenter ædificata. Item solvit olim in absenti xiiii fl. sine decimis vini, cum quibus in absenti dare posset xviii fl.

§. 581.

Vilslern[2]).

Dominus Joannes Rottenwalder, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Vdalrici in Vilslern. Eiusdem Rector D. Adam Wernherus[3]). Est de collatione Rev^mi Frisingensis. Item habet unam filialem ecclesiam, videlicet B. Virginis in Hinterskirchen cum sepultura. Item habet 324 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione xii fl. Item in anniversariis xiii fl., ex quibus cedunt Cooperatori iiij fl. Item prædium dotale, si locaret, habere posset ex illo viii fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad xxx fl., minores ad iii fl. Item panes primitiales æstimat ad iij fl. In remediis exigit iuxta numerum missarum, pro qualibet lx dl., sine missis et exequiis lxx dl. Item oblationes æstimat ad viii fl., confessionalia ad xvii β dl. In summa omnes reditus æstimat ad 110 fl. Item locavit eandem ecclesiam pro xliiii fl. annuæ absentiæ. Item Jägergelt Nobilibus de Fraunhouen æstimat ad iii fl. Item habet Cooperatorem, cui dat tabulam et habet in annuis obventionibus ad xxviii fl. Idem habitat in granario suo iuxta domum dotis. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus.

---

[1]) Vgl. §. 144. §. 385. n. 77. u. §. 689. n. 145.
[2]) Vgl. §. 149. §. 398. n. 291. u. §. 689. n. 146.
[3]) Cod. 1. hat Bernherus.

§. 582.

Geisenhausen [1]).

Dominus Joannes Baumgartner, Plebanus parochialis ecclesiæ s. Martini in Geisenhausen, dicit eandem ecclesiam de collatione Revmi Frisingensis et de præsentatione capituli ecclesiæ Augustensis. Item habet quatuor filiales ecclesias cum sepulturis, videlicet s. Theobaldi in monte, s. Egidii in Vils, s. Nicolai in Schalckstorff, s. Castuli in Eytzndorff et ecclesiam B. Virginis in dicto oppido Geisenhausen, in qua divina officia vicissim cum matre peraguntur. Item habet duo Beneficia fundata, in ecclesia s. Theobaldi unum, de præsentatione Rectoris [2]). Eius possessor D. Conradus Altnweger; valoris xxviii fl. Alterum in ecclesia Feltkirchen ad altare B. Mariæ Magdalena fundatum, de præsentatione Rämhofer. Eius possessor Joannes Bucher; valoris xl fl. — Item habet 750 communicantes. Item in fixis reditibus habet circiter x fl. Item in anniversariis circiter x fl. inclusis missis hebdomadalibus. Item prædium dotale posset locare ad xxxii fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad xxxiiii fl., minores ad ii fl. Item in remediis exigit iuxta facultates defuncti, a ditioribus ad summum ii fl. rhen. Item oblationes æstimat ad xv fl., confessionalia ad x fl., panes primitiales ad xii β dl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad 150 fl. Item dicta ecclesia est impensionata per antecessorem suum pro v fl. Item Jägergelt Principi ii fl. Item habet unum Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet in annuis obventionibus ad xxiiii fl. Item posset dare in absenti lii fl. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus.

§. 583.

Holtzhausen [3]).

Dominus Joannes Bilsl [4]), Vicarius parochialis ecclesiæ s. Valentini in Holtzhausen. Eiusdem Rector D. Federicus Newmair. Est de collatione Revmi Frisingensis. Item habet octo filiales ecclesias, videlicet s. Andreæ in Hermanskirchen, B. Virginis in Harbach, s. Viti in Motting, s. Erasmi in Sell, s. Margarethæ in Tei-

1) Vgl. §. 140. §. 385., n. 69. u. §. 689., n. 147.
2) In der ältern Matrikelabschrift ist das Wort „Rectoris" durchstrichen und am Rande durch die Worte: Camerarii et senatus ibidem" ersetzt.
3) Vgl. §. 147. §. 386., n. 101. u. §. 689. n. 148.
4) Cod. 2 u. 3. haben Biffl.

manskirchen, s. Joannis Baptistæ in Hansperkhaim, s. Stephani in Stephansperkhaim. Item habet circiter 600 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione viiij ℔ dl. Item ex missis hebdomadalibus et anniversariis circiter xi fl. rh. Item prædium dotale, quod colit, posset locare pro xii fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad xxx fl., minores ad ii fl. Item in remediis exigit iuxta facultates defuncti et numerum missarum, non tamen ultra iii fl. Item oblationes æstimat ad viii fl., confessionalia et stolam ad ii ℔ dl., item panes primitiales ad xvii ß dl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad 120 fl. Item locavit eandem ecclesiam pro l fl. annuæ absentiæ. Item Jägergelt Nobilibus de Fraunhouen 1 Schaff Habern, aut expensas per unam noctem, quas æstimat ad iii fl. Item habet duos Cooperatores, quibus dat tabulam, et quilibet in annuis obventionibus habet circiter xx fl. Item domus dotis eget cum suis ædificiis reformatione.

§. 584.

Ecklchofen[1]).

Dominus Matthæus Hell, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Joannis Baptistæ in Ecklchofen. Eiusdem Rector D. Wolfgangus Schüssling, de collatione Rev^mi Frisingensis. Item habet quatuor ecclesias filiales, videlicet B. Virginis in Yenckhofen, s. Sebastiani in Weihenbüchl, s. Laurentii in Bernstorff, s. Michaelis in Zwainkirchen. Item habet in Parochia et filiali Yenckhofen prædicta duo Beneficia fundata, de præsentatione Ducis, unum ad altare s. Leonardi. Eiusdem possessor D. Petrus Moshaimer. Alterum ad altare s. Catharinæ virginis. Eiusdem possessor D. Michael N., valoris xxxii ℔ dl. — Item habet circiter 450 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione habet circiter v fl. Item ex missis hebdomadalibus et anniversariis fundatis circiter vi ℔ dl. Item prædium dotale posset locare pro xii ℔ dl. rhen. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad xxxvi fl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti et numerum presbyterorum, ad summum tamen ii ℔ dl. Item oblationes æstimat ad viiii fl., confessionalia ad ii ℔ dl., panes primitiales pro 1 ℔ dl. In summa omnes reditus æstimat ad 110 fl. Item locavit eandem ecclesiam ad tres annos pro xl fl. absentiæ. Item Jägergelt Principi i ℔ dl. Item habet unum Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet in suis obventionibus xxxii fl. et habitat in dote. Item domus et ædificia dotis patiuntur defectus.

---

[1]) Vgl. §. 145. §. 386. n. 98. u. §. 689. n. 149.

§. 585.

Parochia s. Judoci Landshutensis [1]).

Dominus Joannes Landsperger [2]), Rector parochialis ecclesiæ s. Judoci in Landshut, dicit eandem de præsentatione Ducis Bavariae. Item habet tres filiales ecclesias, videlicet s. Cruoris prope Landshut in monte, s. Spiritus in civitate, et omnium animarum

---

[1]) Vgl. §. 136. §. 389. n. 125. u. §. 689. n. 141.

[2]) Johann Landsperger (Landsperger), eigentlich Johannes Miller, ist aus Vit. Ant. Winter's Geschichte der bayerschen Wiedertäufer (S. 55 u. 56) bekannt. Er soll sich nämlich der Anhänglichkeit an die Grundsätze der wiedertäuferischen Secte verdächtig gemacht haben, sich (um das Jahr 1536 ?) aus Bayern haben flüchten müssen und (i. J. . . . .) zu Bern in der Schweiz gestorben seyn. Sein Geburtsort war nach Winters Angabe, die sich auf Apians Zeugniß stützt, nicht die Stadt Landsberg, sondern der Markt Eggenfelden in Bayern. In den Jahren 1513 bis 1519 findet man ihn als Pfarrer von Thalkirchen (Sendling) und von Kirchdorf bey Haag. Am 6. März 1514 hielt er bey der Synodalversammlung des Archidiakonatsklerus von Gars eine im Drucke erschienene lateinische Rede, auf deren Titelblatt er genannt wird: Magister Joannes Miller alias Landtsperger, ecclesiarum parochialium Kirchdorff et Talkirchen Pastor, Ducum Bavariæ Wilhelmi ac Ludovici Consul, olimque horum Ducum et Ducis Ernesti ad annos novem studii litterarii Præceptor et juris pontificii Professor. Der als theologischer und polemischer Schriftsteller bekannte Karthäusermönch Johann Justus Lansperger (aus Landsberg in Bayern gebürtig), welcher am 11. Sept. 1539, nachdem er 30 Jahre im Orden gelebt, zu Köln mit Tod abging, ist mit dem Pfarrer Landsberger nicht zu verwechseln. — Im Jahre 1532 war ein Johann Landsberger Pfarrer zu Seekirchen im Erzbisthum Salzburg. — Vergl. Verfenmeyers Aufsatz über Joh. Landsberger in dem neuen literärischen Anzeiger (München 1807 S. 156.), Fr. Dion. Reithofer's Geschichte des Marktes Haag (S. 22 und 23), Apiani cosmographia seu liber cosmographicus (Landish. 1524. col. 75), Kobolts bayersches Gelehrtenlexikon (I. Bd. S. 390 — 392 u. 459. u. II. Bd. S. 180), v. Besnards Literaturzeitung für die kath. Geistlichkeit. (Jahrg. 1827. II. Bd. S. 285.), Jöchers Gelehrtenlexikon (II. Bd. S. 2271) und Rotermunds Fortsetzung (III Bd. S. 1285 — 1287, wo beyde Joh. Landsberger mit einander vermischt werden), dann den Auszug aus der Chronik des Klosters St. Peter in Salzburg (II. Bd. S. 42, im Chronicon selbst S. 463), Oefele scriptores rerum boicarum (Tom. II p. 704.), Pezii thesaur. anectod. (Tom III. dissert. isagog. p. XXIII), Seb. Günthners Geschichte der literärischen Anstalten in Bayern (III. Bd. S. 203.) rc. — Aus Max v. Freyberg's neuen Beyträgen zur vaterländischen Geschichte (I. Heft. S. 98) erhellt, daß Landsberger im J. 1534 noch Pfarrer zu St. Jodoch gewesen sey. Staudenraus irrt sich also, wenn er in seiner Chronik der Stadt Landshut (II. Bdch. S. 20) behauptet, Joh. Landsberger sey schon im Jahre 1523 zur Secte der Wiedertäufer übergetreten. Ueberhaupt ist über diesen bayerschen Gelehrten, von welchem Apian mit großem Lobe spricht, noch wenig Verläßiges zu Tage gefördert worden.

im Blatterhaus cum sepulturis, et duas capellas, videlicet s. Sebastiani infra pontes et s. Trinitatis in domo Murhartz [1]). Item in ecclesia s. Judoci prædicta sunt Beneficia subsequentia [2]):

1) Altare s. Erhardi, de præsentatione sutorum. Eius possessor Sebastianus Gumplzhaimer, valoris xxII ℔ dl. et habet propriam residentiam.
2) Altare omnium Apostolorum, de præsentatione civium in Landshut. Eius possessor D. Georgius Widmann, valoris xvI ℔ dl. cum propria residentia.
3) Altare omnium Sanctorum, de præsentatione Plebani. Eius possessor D. Joannes Westholzer, valoris xxxvI fl. rhen. cum residentia propria.
4) Altare s. Barbaræ, de collatione Principis [3]). Eius possessor D. Christophorus Stettner, valoris xxIII fl. cum propria residentia.
5) Altare s. Achatii, de præsentatione Principis [4]). Eius possessor D. Sebastianus Rabein, valoris xI fl. cum propria residentia.
6) Altare s. Annae, de præsentatione senatus. Eius possessor D. Waldassar Reckinger, valoris xxvII. fl. cum propria residentia.
7) Altare s. Rudperti non confirmatum. Eius possessor D. Georgius Pollner, valoris xx fl. IIII β dl. cum propria residentia.
8) Altare B. Mariæ Virginis est de præsentatione senatus. Eius possessor D. Georgius Durchziecher, valoris xvI fl.

---

[1]) Im Cod. 2 sind die Worte: in domo Murhartz durchstrichen, dafür steht am Rande: In posterum scribendum est in investitura, quæ ad Illmum ac Revmum Frisingensem immediate spectat, in ædibus Nobilium de Königsfeld, ad præsentationem Joannis Vdalrici de et in Königsfeld ac Gitting etc.

[2]) In der Originalmatrikel (Cod. 1.) stehen nach diesen Worten nur folgende Beneficien: Altare s. Henrici, de præsentatione Capellani omnium sanctorum. Eius possessor D. Joann. Wurtzgartler. Valoris 42 fl. — Alt. omn. sanctorum, de præsentatione Capellani s. Henrici. Eius possessor D. Joan. Westholtzer. Valoris 40 fl. — Alt. Apostolor., de præsentatione civium. Eius possessor D. Georg .... 16 ℔ dl. — Alt. s. Barbarae, de præsentatione Principis. Eius possessor D. Georg Achter. Dann sind 1½ Seiten leer gelassen.

[3]) Im Cod. 2. ist am Rande bemerkt: Anno Dni 1600 ad hanc missam D. Georgius a Fraunberg, Vicedominus Landshuet. Sigismundum Wolframum præsentavit, ad quam etiam præsentationem investitura est expedita.

[4]) Im Cod. 2 steht am Rande: Anno Dni 1583 ad hanc missam D. Georg. Theserus Baro in Alten- und Neuen-Fraunhoven Andream Jos præsentavit, ad quam etiam præsentationem investitura est expedita.

9) Dominus Caspar Baumgartner, Primissarius in altari B. Mariæ Virginis ad s. Judocum, quod conferre habent cives de senatu et est Beneficium non curatum, valoris xxiiii fl. rhen.

10) Altare s. Virgilii, de præsentatione lanificum. Eius possessor D. Petrus Institoris. Habet omni angaria iiii fl. de manu et propriam residentiam.

11) Altare s. Christophori, de præsentatione Plebani una cum senatu. Eiusdem possessor D. Marcus Holtzner, valoris l fl. rhen.

12) Altare s. Michaelis, Beneficium non confirmatum, de collatione pistorum. Eius possessor D. Andreas Scherl, valoris ii ℔. dl.

13) Altare s. Henrici, de præsentatione Plebani cum suo consodali. Eius possessor D. Wolfgangus Tänzl, valoris xl fl. rhen.

14) Joannes Puechmair, Capellanus omnium animarum, de præsentatione Oberndorffer, valoris xxiiii fl.

15) Altare s. Sebastini est Beneficium non confirmatum penesticorum[1]). Eius possessor D. Wilhelmus Langkietl, valoris xiii fl. rhen.

16) Altare s. Mariæ Magdalenae, non confirmatum, de collatione doliatorum. Eius possessor D. Andreas Piscatoris, valoris xx fl. rhen.

17) Georgius Werner, Capellanus altaris s. Vdalrici. Beneficium non confirmatum, habet a manu textorum viii ℔. dl.

Item habet circiter 4500 communicantes. Item in fixis reditibus propter decimas vini habet in compensam decimas in Inckhofen, valoris lxxx fl., et x ℔. dl. ex granario in Dinglfing. Item ex missis hebdomadalibus de ecclesia s. Cruoris vi ℔. dl. Item de anniversariis circiter xx fl. Item non habet decimas, neque maiores, neque minores. Item decimas personales æstimat ad viiii fl. Item in remediis exigit iuxta facultates defuncti j fl., i fl. et a ditioribus ii fl. Item oblationes æstimat ad lxxx fl. Confessionalia sunt Cooperatorum, pariter et stola. In summa omnes reditus et proventus æstimat ad 280 fl. Item tenet tres Cooperatores, Sacellanum et Scholasticum, quibus dat tabulam sine potu, exceptis festivitatibus. Habet quilibet Cooperatorum in annuis suis obventionibus circiter l fl. Capellano dat iiii ℔. dl. Item habet in annuis obventionibus ad xiiii fl. Habitant in dote. Item posset locari pro 100 fl.

---

[1]) Penestici sind die Fragner.

[2]) Vorstehendes Verzeichniß der Beneficien bey St. Jodoch findet sich der Hauptsache nach auch in der Schmidtischen Matrikel (S. Bd. I. S. 445 u. 446). Nach einem in Staudenraus Beschreibung der Stadt Landshut (S. 124 u. 125) abgedruckten alten Verzeichnisse der ehemaligen Caplaneyen bey St. Jodoch hatten die Wollwirker den St. Virgili-, die Schuster den St. Erhard-, die Metzger den St. Rupert-, die Schreiner den St. Magdalena-, die Bäcker den Frauen-Altar für ihre Zunft-Gottesdienste inne.

XII.

Decanatus Ruprechtsberg.

---

§. 586.

Ruprechtsberg [1]).

Dominus Wolfgangus Geyringer, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Ruperti in Ruprechtsperg. Eiusdem Rector D. Sebastianus Berl. Est de collatione Rev[mi] Frisingensis. Item habet sex filiales ecclesias, videlicet B. Virginis in Samaraperg, s. Martini in Martinsperg (Mertensperg), s. Joannis in Hannskirchen, s. Stephani in Künigskirchen, s. Andreæ in Eberspeundt et s. Laurentii in Altenebersp eundt. Item habet 280 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione xv fl. Item pro missis hebdomadalibus celebrandis xii fl. iiii β dl. Item de anniversariis xi fl. Item ab ecclesiis Ruprechtsperg et Samaraperg viii ℔. dl. pro tentione secundi Cooperatoris. Item ex prædio dotali, si locaret, habere posset xii fl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat ad xx fl., minores ad ii fl. Item in remediis exigit iuxta facultates defuncti, non tamen ultra duos florenos. Item oblationes æstimat ad viii fl., confessionalia ad iii fl., panes primitiales ad ii fl. In summa omnes reditus æstimat ad 100 fl. Item locavit eandem ecclesiam ad triennium pro xl ℔. dl. absentiæ. Item Jägergelt i ℔. dl. Item habet duos Cooperatores, quibus dat tabulam. Habet unus eorum in annuis obventionibus ad xxvi fl. Habitant in eorum granario in area dotis sito. Item domus et ædificia dotis sunt bene ædificata.

---

[1]) Vgl. §. 198. §. 394. n. 201. u. §. 690. n. 150.

§. 587.

Schwindkirchen [1]).

Dominus Georgius Hainrichman, Vicarius parochialis ecclesiæ B. Virginis Mariæ in Schwindkirchen. Eiusdem pastor D. Sebastianus Westacher. Est de præsentatione capituli Frisingensis. Item habet sex filiales ecclesias, videlicet s. Zenonis in Schönbrun, inventionis Crucis in Maenpach, s. Joannis Baptistæ in Degerbach, s. Catharinæ in Mosen, s. Laurentii et Magdalenæ in Armbstorff et s. Colomanni prope Schwindkirchen. Item habet indifferenter circiter 850 communicantes. Item habet in fixis reditibus ex institutione VII ℔. dl. Item ex missis hebdomadalibus IIII ℔. dl. Item ex anniversariis circiter V ℔. dl. Item prædium dotale, si locaret, habere posset XV ℔. dl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad L fl., minores ad V fl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti et numerum missarum pro quolibet presbytero XV cruc. Item oblationes æstimat ad XV fl., confessionalia ad V fl. Panes primitiales propter pactum et ligam Hieronymi Endorffer Doctoris nullus rusticorum sibi solvit. In summa omnes reditus æstimat ad 100 fl. Item locavit eandem ecclesiam pro XXXVI ℔. dl. annuæ absentiæ. Item dicta ecclesia est incorporata capitulo ecclesiæ Frisingensis pro XXIIII ℔. dl. Item habet unum Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet in annuis obventionibus XXXIIII ℔. dl. et habitat in granario suo in area dotis sito.

§. 588.

Schwindaw [2]).

Dominus Magister Sigismundus Lägl, Rector parochialis ecclesiæ s. Michaelis in Schwindaw, dicit, eandem esse de præsentatione capituli Isnensis. Item habet quatuor filiales ecclesias, videlicet s. Stephani in Klauss, s. Remigii in Laapach, s. Wolfgangi in Schwindaw, s. Joannis in Niderschwindaw. Item habet 530 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione V ℔. dl. Item ex missis hebdomadalibus IIIIj fl., ex anniversariis I fl. Item prædium dotale, si locaret, æstimat ad III ℔. dl. Item omnes maiores

---

[1]) Vgl. §. 200. §. 395. n. 210. u. §. 690. n. 151.

[2]) Ueber die Pfarrey Schwindau oder St. Wolfgang vgl. §. 199. §. 399. n. 249. u. §. 690. n. 152.

decimas frumentorum æstimat ad LXX fl. inclusis minoribus. In remediis exigit iuxta facultates defuncti et numerum presbyterorum XII, XIIII aut XVIII β dl. A pauperibus nihil exigit. Item oblationes æstimat ad XVIII fl., confessionalia ad III fl., panes primitiales ad III fl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad LXXXX fl. Incorporata (est) capitulo ecclesiæ Isnensis pro XII ℔. dl. Item habet unum Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet in suis obventionibus per annum ad XXVI fl. et habitat in granario prope dotem. Item filialis ecclesia s. Wolfgangi habet duos Capellanos amovibiles, quibus ab ecclesia dantur XXVIII fl. cuilibet. Insuper dicit, quod dicta ecclesia s. Wolfgangi habet in annuis reditibus et censibus 550 fl. Item posset eandem locare pro XXXII fl. absentiæ. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus.

§. 589.

Velden [1]).

Dominus Georgius Schussreitter, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Petri in Velden. Eiusdem Rector D. Franciscus Kirchmair. Item habet XII filiales ecclesias, videlicet s. Pauli in Pauluszell, s. Vdalrici in Gebenspach, s. Georgii in Georgenszell cum sepulturis, s. Joannis in Fraunhouen, s. Margarethæ in Jettenstetten, s. Crucis, s. Viti in Klainvelden, s. Georgii in Münster, s. Martini in Hag, s. Leonardi in Erlach, s. Andreæ in Schlegelsreut, et capellam s. Joannis prope Pauluszell nomine Gifftall. In dicta parochiali est Primissaria non fundata, habens proprium Sacellanum amovibilem, cui ab ecclesia solvuntur 24 ℔. dl. — Item habet circiter 1850 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione circiter XXXIIII fl. Item ex anniversariis et missis hebdomadalibus XIIII fl. Item prædium dotale, si locaret, ex illo habere posset ad XX fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad 150 fl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti et iuxta numerum presbyterorum, pro quatuor I ℔. dl. et aliquando minus a pauperibus. Item oblationes æstimat ad XL fl., confessionalia ad X fl., panes primitiales ad VI fl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad 300 fl. Item locavit eandem ecclesiam pro LX ℔. dl. annuæ absentiæ. Item dicta ecclesia est incorporata ad coquinam [2]) Rev^mi Ratisbonensis pro LX ℔. dl. et de illius præsen-

---

[1]) Vgl. §. 204. §. 398. n. 229. u. §. 690. n. 153.

[2]) Im Cod. 1. steht mensam statt coquinam.

tatione. Item Jägergelt III ℔. dl. Item habet tres Cooperatores, quibus dat tabulam. Habet quilibet in annuis obventionibus ad XXXII fl. et habitant in dote. Item domus dotis et ædificia egent reparatione.

§. 590.

Taufkirchen [1]).

Dominus Wolfgangus Stainbrunner, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Pauli in Taufkirchen. Eiusdem Rector D. Sebastianus Westacher. Item habet sex filiales ecclesias, videlicet s. Crucis in Braittenweiden, capellam s. Sebastiani et Wolfgangi in Tegernbach, B. Virginis in Attlperg, s. Stephani in Vnding, s. Martini in Piernbach, s. Jacobi in Wimpasing et s. Kiliani in Ottering cum sepulturis. Item habet circiter 550 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione XIIJ fl. Item in anniversariis et missis hebdomadalibus XXII fl. Item prædium dotale posset locare pro IIII fl. In remediis exigit iuxta numerum missarum, pro qualibet missa LX dl. et a pauperibus minus. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad LXXX fl. Item oblationes æstimat ad VI fl., confessionalia ad III fl., panes primitiales ad IIII fl. In summa omnes reditus æstimat ad 130 fl. Item locavit eandem ecclesiam pro L fl. annuæ absentiæ. Item est impensionata authoritate Apostolica pro XXXVI fl. Item Vogtey Comiti ex Hag circiter XII fl. Item habet Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet in suis obventionibus ad XXXVI fl. et idem habitat extra dotem in propria domo conducta. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus.

§. 591.

Tegernbach [2]).

Dominus Joannes Spiess, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Nicolai in Tegernbach. Eiusdem Rector D. Pangratius Weiss. Est de collatione Rev[mi] Frisingensis. Item habet tres filiales ecclesias s. Joannis in Englschalling, s. Valentini in Gronpach, s. Michaelis in Kirchstetten. Item habet circiter 550 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione habet VIIII fl., item ex anni-

---

[1]) Vgl. §. 202. §. 396. n. 219. u. §. 690. n. 154.

[2]) Vgl. §. 203. §. 385. n. 80. u. §. 690. n. 155.

versariis xviii β dl. Item prædium dotale posset locare pro viii fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad l fl., minores ad iii fl. In remediis exigit iuxta numerum missarum, ut supra. Item oblationes æstimat ad vii fl., confessionalia ad vj fl., panes primitiales similiter ad vj fl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad 110 fl. valoris. Item locavit eandem ecclesiam ad dies vitæ sui Pastoris pro lx fl. absentiæ. Item Nobilibus Marschalck de Bappenhaim in Schwindeck, qui habent dare possessionem, Jägergelt ij fl. Item Vogtey Comiti in Hag ad Tauffkirchen 4 ℔. dl. Item habet Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet in obventionibus per annum xxxii fl. Habitat super granario dotis. Item domus et ædificia dotis de novo omnia ædificavit.

§. 592.

Mosen[1]).

Dominus Leonardus Lerhueber, Rector parochialis ecclesiæ s. Stephani in Mosen, dicit, quod illa sua ecclesia sit de collatione Rev^mi Frisingensis. Item habet duas filiales ecclesias, videlicet B. Virginis in Mägsselsperg et Joannis Baptistæ in Rötenpach cum sepulturis, et capellam s. Nicolai in Huebenstain. Item habet circiter 350 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione vij ℔. dl. Item ex missis hebdomadalibus et anniversariis x fl. Item prædium dotale posset locare pro viii fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad l fl. inclusis minoribus. In remediis exigit iuxta numerum presbyterorum, ut supra. Item oblationes æstimat ad vi fl., confessionalia ad iii fl., panes primitiales ad ii fl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad lxxxx fl. Est impensionata D. Paulo Schonauer pro xx fl. Item ecclesiæ suæ prædictæ solvit ii fl. Item Vogtey Nobilibus ad Huebenstain pro iiii Schäffel siliginis Dorffner-Maaß et avenæ x Khübl et viiii Khübl ad Fraunberg. Item Jägergelt Principi i ℔. dl. Item habet Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet in obventionibus per annum xxiiii fl. et habitat in dote. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus.

---

[1]) Vgl. §. 194. §. 390. n. 149. u. §. 690. n. 156.

§. 593.

Lenndorf [1]).

Dominus Paulus Pflueg, Vicarius parochialis ecclesiæ s. Petri in Lenndorff. Eiusdem Pastor D. Joannes Winkler. Est de collatione Rev^{mi} Frisingensis. Item habet duas filiales, videlicet s. Nicolai in Wätzling et s. Martini in Matzbach cum sepulturis, ac sacellum s. Nicolai in Tann. Insuper aliam capellam s. Georgii in arce Kopfsperg, in qua Beneficium fundatum est de præsentatione Nobilium ibidem. Eius possessor D. Valentinus Sunnenberberger, valoris L fl. — Item habet circiter 500 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione habet III fl. V β dl. Item ex missis hebdomadalibus solvuntur sibi et Cooperatori IIIIj ℔. dl. Item ex anniversariis XX β dl. Item prædium dotale, quod colit, posset locare pro VII fl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat ad LXV fl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti, j ℔. dl. a pauperibus, a ditioribus iuxta numerum presbyterorum. Item oblationes æstimat ad VI fl., confessionalia ad IIII fl., panes primitiales ad II fl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad 120 fl. Item habet ex antiqua locatione adhuc tres annos residere pro annua absentia LXIIII fl. Item Jägergelt Principi ad Landshut X β dl. Item habet Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet tertiam partem in oblationibus, confessionalibus et remediis, ac in annuis obventionibus ad XXIIII fl. Habitat in granario prope dotem. Item domus et ædificia dotis egent reformatione.

§. 594.

Bewrbach [2]).

Dominus Georgius Holtzner, Plebanus parochialis ecclesiæ s. Andreæ in Bewrbach, dicit, eandem esse de collatione Rev^{mi} Frisingensis. Item habet unam filialem ecclesiam, videlicet s. Viti in Stanpach cum sepultura, et tres capellas, videlicet B. Virginis in Bewrbach, s. Margarethæ in Hoff ac s. Theowaldi in Greut. Item in dicta capella B. Virginis Beneficium fundatum de præsentatione Schrottl [3]). Eius possessor Liebhardus Örtl, valoris XXXII fl.

---

[1]) Vgl. §. 190. §. 389. n. 131. u. §. 690. n. 157.

[2]) Vgl. §. 193. §. 381. n. 24. u. §. 690. n. 159.

[3]) Cod. 3. hat hier am Rande den Beysatz: Istud Beneficium in capella B.

— Item habet circiter 350 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione habet VIIII fl. Item de missis hebdomadalibus 3 fl. 60 dl. Ex anniversariis et institutione vj fl. Item prædium dotale posset locare pro 6 fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad 60 fl. In remediis exigit iuxta numerum missarum pro una 60 dl., a pauperibus minus. Item oblationes æstimat ad 7 fl., confessionalia ad IIIj fl., panes primitiales ad 2 fl. In summa omnes reditus et obventiones communibus annis æstimat ad 120 fl. Item Nobilibus de Fraunhouen Nachtzielt Jägergerecht æstimat ad 2 ℔. dl. Item habet Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet tertiam partem in remediis et obventionibus, in confessionalibus vero medietatem et in annuis obventionibus ad 24 fl. Residet in suo granario. Item domus et ædificia dotis egent reformatione. Item solvit olim in absenti 40 fl.[1]).

§. 595.

Pfræmbach[2]).

Dominus Vdalricus Sickenperger, Plebanus parochialis ecclesiæ s. Margarethæ in Pfrämbach, dicit, eandem ecclesiam esse de præsentatione Abbatis in Tegernsee. Item habet duas filiales, videlicet s. Georgii in Aich et s. Michaelis in Tann. Item habet 150 communicantes. Item de missis hebdomadalibus IIII fl., de anniversariis IIII fl. Item prædium dotale posset locare pro IIII fl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat ad XXXII fl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti et numerum missarum, pro qualibet missa XII cruc. Item oblationes æstimat ad II ℔. dl., confessionalia ad I ℔. dl., panes primitiales ad 2 fl. In summa omnes reditus el obventiones æstimat ad XLIIII fl. Item Jägergelt Principi V β dl. Item ædificia et domus dotis sunt competenter ædificata. Solvit olim in absenti XII ℔. dl.

Virginis est altare s. Annæ et Elisabethæ. Nunc temporis ex cessione Georgii Schrœttl, j. u. D., jus præsentandi pertinet ad Casparum Kneittinger in Nidernbeurbach. Ita habet novum marginale veteris matriculæ (Cod. 2).

[1]) In der Originalmatrikel (Cod. 1) steht am Rande „nunc 40 Thlr.", was aber in keine der beyden Abschriften aufgenommen worden ist.

[2]) Ueber die Pfarrey Pfronbach vgl. §. 196. §. 393. n. 183. u. §. 690. n. 158.

§. 596.

Stainkirchen[1]).

Dominus Sixtus Rott, Plebanus parochialis ecclesiæ s. Joannis Baptistæ et Evangelistæ, dicit, eandem *(esse)* de plena dispositione D. Præpositi Frisingensis. Item habet septem filiales ecclesias, videlicet B. Virginis in Balding, s. Vrbani et Nicolai in Schrötting, s. Lamperti in Amelgering, s. Vdalrici in Straubing, s. Laurentii in Hofstaring, s. Petri in Kirchbergk cum sepulturis, et s. Laurentii et Stephani in Ebring sine sepultura. Item habet circiter 800 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione habet circiter 32 ℔. dl. Item de missis hebdomadalibus xvi ℔. dl., de anniversariis ad ii ℔. dl. Item prædium dotale posset locare pro x fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad l fl., minores ad v fl. In remediis exigit pro tribus missis j ℔. dl. et sic secundum numerum missarum ascendendo. Item oblationes æstimat ad xviii fl. Confessionalia pro parte sua æstimat ad vj fl. Item panes primitiales ad x fl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad 300 fl. Item dicta ecclesia est incorporata Præposituræ Frisingensi pro xxx ℔. dl. Item Jägergelt Principi 12 β dl. Item habet duos Cooperatores, quibus dat tabulam. Habet quilibet in annuis obventionibus xxxii fl. Habitant in granario eorum in area dotis sito. Domus et ædificia dotis non patiuntur defectus. Item posset dare in absenti 50 fl.

§. 597.

Buech[2]).

Dominus Adam Seur (Sewr), Provisor parochialis ecclesiæ s. Petri in Buech, dicit, eandem ecclesiam pleno jure unitam *(esse)* monasterio monialium in Kemsee. Item habet quatuor filiales ecclesias, videlicet s. Michaelis in Holtzn, s. Georgii in Vattersdorff, s. Margarethæ in Freitling et s. Nicolai in Erlpach. Item habet circiter 350 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione habet circiter xii fl. Item de anniversariis circiter iii fl. Item prædium dotale posset locare colono pro viii fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad xxxv fl., minores ad xii β

---

[1]) Vgl. §. 201. §. 395. n. 216. u. §. 690. n. 160.

[2]) Vgl. §. 197. §. 381. n. 35. u. §. 690. n. 161.

dl. In remediis exigit iuxta facultates defuncti v β. et i fl. et plura in magnis exequiis iuxta numerum presbyterorum. Item oblationes æstimat ad xii fl., confessionalia ad iii fl., panes primitiales æstimat ad ii fl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad lxx fl. Item solvit dicto monasterio pro annua incorporatione seu absentia ex locatione xxxii ℔. dl. Item Jägergelt Principi i fl. Item habet Cooperatorem, cui dat tabulam et summis festivitatibus xxiiii dl. de oblationibus. Idem habet in obventionibus annuis circiter xx fl. Habitat in granario prope dotem. Item domus et ædificia dotis egent reformatione.

§. 598.

Hoffkirchen[1]).

Dominus Joannes Röttnmiller, Vicarius parochialis ecclesiae B. Virginis in Hoffkirchen. Eiusdem Rector D. Franciscus Kirchmair. Est de collatione Revmi Frisingensis. Item habet duas filiales, videlicet s. Vdalrici in Daxmating et s. Valentini in Kochlham sine sepulturis. Item habet 120 communicantes. Item de anniversariis et missis hebdomadalibus x fl. Item prædium dotale posset locare pro viii fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad xxxvi fl., minores ad i fl. In remediis exigit iuxta numerum presbyterorum et missarum, pro quolibet lx dl. et aliquando minus. Sine presbyteris alienis exigit ad summum i fl. Item oblationes æstimat ad iii fl., confessionalia pro i fl., panes primitiales ad ii fl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad lxx fl. Item locavit eandem ecclesiam in Landshut ad tres annos pro annua absentia xxxii fl. Item Jägergelt i ℔. dl. Principi. Item domus et ædificia dotis egent reformatione.

§. 599.

Darffen[2]).

Dominus Vdalricus Thurn, presbyter Ratisbonensis Diœcesis, Rector parochialis ecclesiæ s. Georgii in Darffen, dicit, eandem ecclesiam esse de collatione Revmi Frisingensis, ac eandem obtinuisse ex resignatione D. Jacobi Rudolff apud sedem Apostolicam, et pro possessione in cancellaria Landshutensi solvisse xvi fl. ex gratia.

---

[1]) Vgl. §. 191. §. 386. n. 95. u. §. 690. n. 162.
[2]) Vgl. §. 195. §. 392. n. 185. u. §. 690. n. 163.

Item habet x filiales ecclesias, videlicet Beatissimæ Virginis in oppido Darffen, s. Leonardi in Österndorff, s. Stephani in Geislbach, s. Joannis Baptistæ in Gaibling, s. Martini in Angerskirchen, s. Leonardi in Könrahing, B. Virginis in Vils, s. Jacobi in Röttnbach, s. Georgii in Eybach, s. Nicolai in Staefing cum sepulturis, et capellas s. Petri et Viti in oppido Darffen, s. Petri in Hamperstorff et s. Crucis in Lindumb. In ecclesia parochiali s. Georgii prædicta (est) unum Beneficium ad altare s. Joannis et Pauli martyrum fundatum, de præsentatione Zeilhofer. Eius possessor Petrus Zeilhofer, valoris xxviii ℔. dl. (Richter dicit xl fl.). In ecclesia B. Virginis in oppido Darffen sunt Beneficia subsequentia:

1) Altare s. Nicolai, de præsentatione fratrum Sautreiber. Eius possessor D. Wolfgangus organista, valoris xxx ℔. dl.
2) Altare s. Barbarae, de præsentatione fratrum omnium animarum. Eius possessor Joannes Püchlmair; valoris xxiiii ℔. dl.
3) Altare B. Mariæ Magdalenae, de præsentatione familiæ Schreiber. Eius possessor Joannes Lindner; valoris xxx ℔. dl.
4) Altare B. Virginis et Corbiniani, de præsentatione pistorum. Eius possessor Dominus Paulus Utnperger; valoris xviii fl.
5) Altare s. Erhardi, in quo sutores tenuerunt aliquando Capellanum amovibilem, nunc nullum habent.

Item in sacello s. Petri in dicto oppido similiter Beneficium ad altare s. Petri non confirmatum; qui quidem Sacellanus est amovibilis eique salarium a vitricis solvitur.

Item habet circiter 1700 communicantes. In fixis reditibus ex institutione habet xxxiii fl. Item de anniversariis xxxvi fl. et iii β dl. inclusis missis hebdomadalibus. Item prædium dotale posset locare pro x fl. Item omnes decimas maiores frumentorum æstimat ad 182 fl., minores ad viii fl. In remediis exigit iuxta labores i, ii fl. et aliquando ii ℔. dl. Item oblationes habuit præsenti anno xlii fl. Confessionalia æstimat ad iiii fl. Panes primitiales æstimat ad iiii fl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad 300 fl.

Item dicta ecclesia est impensionata cuidam Bernardo Rudolff pro xxxii fl. Item Vogtey Rev^mo^ Frisingensi ad arcem Burckrain l Schäffl siliginis et l avenæ, valoris lxx fl. Item iiii Schäffel siliginis ludimagistro in Darffen. Item 2 Mezen siliginis den Förstern gen Burckrain. Item j ℔. dl. famulo granarii in Burckrain. Item Jägergelt ad Landshut xii β dl. Item habet quatuor Cooperatores, quibus dat tabulam sine potu. Habet quilibet in annuis obventionibus xxiiii fl. Habitant in eorum granario prope dotem. Item domus et ædificia dotis sunt ruinosa, egent reformatione. Solvit in absenti 104 fl.

§. 600.

Wampach [1]).

Dominus Nicolaus Sanazeller, Rector parochialis ecclesiæ s. Lamperti martyris in Wampach, dicit, eandem *(esse)* de collatione Revmi Frisingensis. Item habet quinque filiales ecclesias, videlicet s. Nicolai in Gesslbach, s. Michaelis in Kenging, s. Viti in Burckharting cum sepulturis, s. Georgii in Reicherstorf et s. Crucis in Sulding. In ecclesia Burckharting est Beneficium non confirmatum. In ecclesia Kenging est Beneficium fundatum ad altare s. Vrsulæ, de præsentatione Nobilium Steringer. Eiusdem possessor D. Stephanus Sedlmair, valoris xxviii fl. — Habet circiter 450 communicantes. In fixis reditibus ex institutione iii fl., in anniversariis et missis hebdomadalibus fundatis xv fl. Item prædium dotale posset locare colono pro viii fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad lxx fl., minores ad ii fl. Item in remediis exigit iuxta facultates defuncti, usque ad i ℔. dl. ascendendo. Oblationes æstimat ad x fl., confessionalia ad iiii fl., panes primitiales ad iii fl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad 120 fl. Item Jägergelt Principi i ℔. dl. Item habet duos Cooperatores, quibus dat tabulam. Quilibet illorum habet in annuis obventionibus ad xxiiii fl. Habitant in eorum granario prope dotem. Solvit olim in absenti xl fl. Item domus et ædificia dotis non patiuntur defectus.

---

[1]) Vgl. §. 192. §. 399. n. 234. u. §. 690. n. 164.

XIII.

Decanatus Mœring.

---

§. 601.

Mœring[1]).

Dominus Georgius Länkofer, Rector parochialis ecclesiæ s. Corbiniani in Möring, dicit eandem de præsentatione Comitum in Hag. Item habet tres filiales ecclesias, videlicet s. Wolfgangi in Hochhaus, s. Andreæ in Freymöring et s. Georgii in Reut. Item habet circiter 930 communicantes. Item de missis hebdomadalibus VIII fl. 4 β dl. Item de anniversariis fundatis et aliis fundationibus VIIII fl. Item prædium dotale posset locare pro VIII fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad LX fl., minores ad I fl. In remediis exigit pro se et Cooperatore I fl. et aliquando pluris iuxta numerum presbyterorum, pro uno LX dl. Item oblationes æstimat de anno currenti ad XX fl., confessionalia ad VI fl. Panes primitiales parochiani nunc solvere recusant. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad 132 fl. Item non solvit Vogtey, neque Jägergelt. Item habet unum Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet in annuis obventionibus circiter XX fl. Habitat in suo granario prope dotem sito. Item domus et ædificia dotis egent reformatione. Item posset dare in absenti XXX fl.

§. 602.

Alwœching[2]).

Dominus Oswaldus Schafhauser, Rector parochialis ecclesiæ s. Nicolai in Alwoching, dicit eandem de collatione R^mi^ Frisingensis.

---

[1]) Vgl. über Rechtmehring §. 363. §. 394. n. 190. u. §. 691. n. 166.

[2]) Vgl. §. 358. §. 380. n. 4. u. §. 691. n. 165.

Item habet duas filiales ecclesias, videlicet s. Michaelis in Zell et s. Christophori ad sanctum Christophorum. Item habet circiter 450 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione habet circiter x fl. et x fl. ex prædio dotali, quod locavit. Item ex missis hebdomadalibus ii ℔. dl., ex anniversariis viiij β dl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad xl fl. In remediis pro ipsius deponentis et Cooperatoris laboribus exigit iiii, v et vi β dl. Item oblationes, confessionalia et stolam æstimat ad xv fl. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad 90 fl. Item Vogtey Principi i ℔. dl. Item habet Cooperatorem, cui dat tabulam. Idem habet in sui obventionibus xiiii fl. Habitat in suo granario prope dotem. Item domus dotis et ædificia non patiuntur defectus. Solvit olim in absenti xxxii ℔. dl.

§. 603.

Kirchdarff[1]).

Dominus Conradus Stockl, Plebanus parochialis ecclesiæ B. Virginis in Kirchdarff, dicit eandem de præsentatione Comitum de Hag. Item habet septem filiales ecclesias, videlicet s. Agathæ in Mattnpeth, s. Vdalrici in Oberndorff, s. Jacobi in Widn, s. Joannis et Pauli martyrum in Berg, s. Petri et Pauli Apostolorum in Hoff, s. Oswaldi in Lindwerg, s. Egidii in Lengmoss, et unum sacellum s. Joannis Baptistæ in castro Hag. Item in dicta parochiali Kirchdarff sunt quinque Sacellani, providentes Beneficia et altaria in eadem ecclesia fundata, de quibus Comites in Hag plene disponunt . . . . . .

Item habet circiter 1800 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione habet xxxviii fl. Item ex anniversariis fundatis circiter xiii fl. Item ex missis hebdomadalibus xvii fl. iii β dl. Item prædium dotale posset locare communibus annis pro xii fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad 100 fl. inclusis minoribus, pauci tamen valoris. In remediis exigit iuxta facultates defuncti, ad summum x β dl. Item oblationes æstimat ad 42 fl., confessionalia ad viiii fl. Item panes primitiales nescit æstimare, quia pauci illos solvunt. In summa omnes reditus et obventiones æstimat ad 300 fl. Item habet unum Cooperatorem et tres Capellanos ac Scholasticum, quibus dat tabulam. Habet Cooperator in omnibus obventionibus circiter l fl. Duobus Capellanis dat cuilibet x fl. et tertio v ℔. dl. Item domus dotis et ædificia non patiuntur defectus.

---

[1]) Vgl. über Kirchdorf bey Haag §. 362. §. 388. n. 116. u. §. 691. n. 167.

§. 604.

Mitpach[1]).

Dominus Joannes Sunderreitter, Plebanus parochialis ecclesiæ in Mitpach, dicit eandem suam ecclesiam de præsentatione capituli collegiatæ ecclesiæ in Isen. Item habet quatuor filiales ecclesias, videlicet s. Joannis Baptistæ in Crainacker, s. Georgii in Burckrain, quæ olim fuit parochialis, et s. Agathæ in Birhamuss cum sepulturis, et sacellum s. Elisabeth in Hohenlinden noviter fundatum, ad quod Abbas in Ebersperg prætendit habere dispositionem, ipseque Abbas tenet ibidem Capellanum amovibilem.

Item habet 400 communicantes. Item in fixis reditibus ex institutione habet circiter VIII fl. Item ex anniversariis fundatis habet circiter II fl. Item agros et prata, quæ habet circa residentiam, posset locare pro X fl. Item omnes maiores decimas frumentorum æstimat ad L fl., minores ad I fl. In remediis et pro sepultura parochiani tantum LXX dl. dare volunt. Si autem habent plures sacerdotes, tunc exigit iuxta eorum numerum pro quolibet LX dl., a pauperibus minoris. Item omnes oblationes annuales æstimat ad III ℔. dl., confessionalia ad IIII fl., panes primitiales ad II fl. In summa omnes reditus et obventiones ex dicta parochiali provenientes æstimat ad LXXXX fl. Item habet locationem annualem pro XXXII fl. absentiæ. Item est incorporata dicto capitulo in Isen pro VIIII ℔. dl. Item domus et ædificia dotis egent reformatione.

§. 605.

Rott[2]).

Frater Nicolaus Fleckel, Provisor parochialis ecclesiæ Rott. Habet unam filialem ecclesiam, videlicet B. Virginis in Feltkirchen, et sacellum Apostolorum. Item habet circiter 650 communicantes. Item omnes reditus, institutiones et decimas tollit D. Abbas dicti monasterii, quas nescit æstimare. In remediis et pro sepulturis exigunt LXX dl., pro qualibet missa XII dl. Item oblationes, confessionalia et stolam D^{no} Abbati de anno præsenti præsentatas æstimat ad 28 fl. Item dicit, quod dicta parochialis fuit ultra quadringentos annos ex monasterio a Religiosis recta et provisa. Item

[1]) Vgl. §. 364. §. 390. n. 143. u. §. 691. n. 168.

[2]) Vgl. §. 369. u. §. 691. n. 169.

non habet Cooperatorem, sed in necessitatibus substitutum. — *Quod sequitur, alia manu antiquæ matriculæ adscriptum est: Missa perpetua altaris s. Nicolai in Kirchdorff de præsentatione Abbatis et conventus monasterii Rott. Modernus possessor Joachimus Weigl; habet in omnibus reditibus circa* XXVIII *fl.*[1]*)*.

§. 606.

Aettl[2]).

Frater Joannes Attlmair, Provisor parochialis ecclesiæ B. Virginis in Ättl. Item habet tres filiales ecclesias, videlicet s. Leonardi in Ramerberg, s. Erntrudis in Tobersberg et s. Viti in Albransberg. Item habet circiter 550 communicantes. Item omnes reditus, institutiones et decimas tollit D. Abbas dicti monasterii. Similiter omnia alia iura parochialia præsentat dicto Domino Abbati. Item in remediis iuxta consuetudinem II crucigeros exigit, pro laboribus suis j fl. et infra. Item oblationes æstimat ad xij fl., confessionalia ad VIIII fl., præsentat similiter D. Abbati. Ipse deponens habet stolam et remedia pro laboribus. Non habet Sacellanum, neque residentiam, sed habitat in monasterio. Item est adhuc alia filialis ecclesia s. Ciriaci in Etling, quæ similiter per fratrem ex monasterio regitur. Deinde etiam filialis ecclesia s. Egidii in oppido Wasserburg habet similiter proprium fratrem ibidem residentem.

§. 607.

Wasserburg[3]).

— — — — — — — —

[1]) Dieser Zusatz in der älteren Abschrift der Sunderndorferischen Matrikel (Cod. 2) gehört nicht hierher zur Pfarrey Rott, sondern betrifft das Beneficium in der Pfarrey Kirchdorf bey Aibling. Vgl. unten §. 626.

[2]) Vgl. §. 359 u. §. 691. n. 170.

[3]) Vgl. §. 356. §. 399. n. 239. u. §. 691. n. 177. — Für die Beschreibung der Stadtpfarrey in Wasserburg hat der Verfasser der Matrikel ein ganzes Blatt leer gelassen.

§. 608.

Wasserburg, hospitale[1]).

Dominus Andreas Seybolt, Rector parochialis ecclesiæ s. Spiritus in Wasserburg, dicit eandem de præsentatione Hohenrainer, et post obitum D^ni^ Casparis Wintzrer ius præsentandi cadit in Episcopos Frisingenses. Item in eadem est Beneficium fundatum ad altare s. Spiritus, de præsentatione civium et institutione Abbatis in Ättl. Possessor eius D. Joannes Hueber, valoris XL fl. — Item habet circiter LX communicantes. Item non habet aliquas institutiones, sed a magistro hospitalis singulis annis VIII ℔. dl. Item ex missis hebdomadalibus V ℔. dl. Item ex anniversariis VIII fl. Item ex institutione cuiusdem coloni XX modios siliginis et totidem avenae, valoris VII fl. In remediis nihil habet, sed pro qualibet peractione XL dl. Item oblationes et confessionalia æstimat ad III fl. Item summarie omnes reditus et obventiones æstimat ad XL fl. Item habet ad hoc etiam propriam residentiam in civitate sitam.

§. 609.

Pfæffing[2]).

297. (105) niger. ad div. Virg., de præsentatione magistr. civici Monacensis.

298. (106) nockher. ad s. Petrum, de præsentatione familiæ nockherianæ, eaque extincta magistratus civici Monacensis.

299. (107) ofen-tuelbeck ad div. Virg., manuale, Levitis seu Choricapellanis ad div. Virg. unitum.

300. (108) ossinger. in ecclesia s. Joann. Nepomuceni, in Parochia ad s. Petr., de dispositione Directoris domus petrinæ ibid.

— *ostermayr. vid. supra metzgerbræu.*

301. (109) paulus. ad s. Petr., de præsentatione descendentium fundatoris (Ph. Pauli), nunc manuale Capellani in ergastulo Augiensi prope Monachium.

302. (110) pecher. manuale in eccl. parochiali ad s. Petr., de dispositione Parochi.

303. (111) pechdeller. ad s. Petr., de præsentatione magistratus civici Monacensis.

304. (112) pernott. ad s. Cajetanum (antehac in crypta), in Parochia ad div. Virg., de libera collatione Episcopi.

305. (113) pering. ad s. Spiritum, manuale Cooperatoris.

306. (114) piperlianum in crypta, in Parochia ad div. Virg., manuale monasterii Andechs.

307. (115) pirmeder. ad s. Petr., de alternativa præsentatione Parochi et magistratus civici Monacensis.

308. (116) plank. in ecclesia omnium sanctorum, in Parochia s. Petri, de præsentatione magistratus civici Monacensis.

309. (117) plaumhoser. manuale, de dispositione Parochi ad s. Petr.

München, Beneficia:

310. (118) poetschner. ad alt. s. Cath., in eccl. parochiali ad s. Petrum, de præsentatione magistratus civici Monacensis.

311. (119) poetschnero-kamlianum in capella domestica kamliana seu hoferiana, in Parochia s. Petri, una vice de libera collatione Episcopi, altera vice de præsentatione possessoris domus.

312. (120) poetschnero-ridlerianum ad altare s. Annæ in ecclesia parochiali ad s. Petr., de nominatione familiæ ridlerianae et præsentatione Parochi.

313. (121) Poloniae Regis, manuale Choricapellanorum ad div. Virginem.

314. (122) portia., manuale Levitarum in ecclesia aulica ad s. Michaelem.

315. (123) proessl. in ecclesia aulica ad s. Mich., de præsentatione familiæ Prœssl.

316. (124) prunner. ad s. Petr., de præsentatione capituli ruralis Einspacensis.

317. (125) prunner. ad div. Virg., de libera collatione Episcopi.

318. (126) purfinger. ad div. Virg., manuale Cooperatorum.

319. (127) purk. ad s. Petr., de præsentatione Parochi.

320. (128) rauscher. et fielenbach. ad s. Spiritum, de præsentatione Administratorum hospitalis et vitricorum ecclesiæ.

321. (129) rechberg. ad s. Petr., de præsentatione magistratus civici Monacensis.

322. (130) reicher. ad s. Spiritum, de præsentatione magistratus civici Monacensis et Administratorum hospitalis.

323. (131) reischl. ad s. Petr., de præsentatione Parochi.

324. (132) reischl. in eccl. omnium sanctorum, in Par. s. Petri, de præsentatione monasterii bittrichiani Monacensis.

325. (133) resch. ad s. Petr. . . . .

326. (134) resch. in eccl. ad s. Salvatorem, in Parochia ad div. Virg., de præsentatione Collegiatæ ad div. Virg. et vitricorum ecclesiæ s. Salvatoris.

327. (135) rheinthaler. in ecclesia s. Rochi (auf dem Rochusbergel), nunc in eccl. ad s. Cajetanum, de præsentatione senioris Capellanorum aulicorum.

328. (136) ridler. ad altare B. Virg. Mariæ in eccl. parochiali ad s. Petr., de præsentatione magistratus civici Monacensis.

329. (137) ridlero-stypfianum seu ridlero-berghoferianum ad altare ss. Matthæi et Mathiæ in eccl. parochiali ad s. Petr., de libera collatione Episcopi.

München, Beneficia:

330. (138) ridler. ad altare ss. Franc. et Henrici in eccl. parochiali ad div. Virg., de præsentatione senioris familiæ Ridler.

331. (139) ridlero-schrenk. ad altare ss. Felicis et Adaucti in eccl. parochiali ad div. Virg. Monachii, de alternativa præsentatione familiarum Ridler et Schrenk.

332. (140) rieschl. ad div. Virg., de præsentatione senioris familiæ Rieschl, que extincta vitricorum ecclesiæ.

333. (141) rottenkolber., manuale confraternitatis sacerdotum ad s. Petrum.

334. (142) rudolph. ad s. Petr., de præsentatione Parochi.

335. (143) rudolph. ad s. Spiritum, de præsentatione magistratus civici Monacensis.

336. (144) ruedorfer. ad s. Petr., de præsentatione senioris descendentium Dominici de Ruedorfer.

337. (145) ruedorfer. ad s. Spiritum, de præsentatione familiarum Ruedorfer & Riezler.

338. (146) ruffinian. ad s. Petrum, de præsentatione familiæ de Ruffini, eaque extincta Parochi.

339. (147) s. Salvatoris seu Beneficium kremponerianum in ecclesia s. Salvatoris seu cœmeterio Parochiæ ad div. Virg., de libera collatione Episcopi.

340. (148) s. Salvatoris seu Ducis Alberti in ecclesia ad s. Stephan., in Parochia s. Petri, de præsentatione Reg. Maj. Bav.

341. (149) scharfzahn. ad div. Virg., de præsentatione familiæ Kœckh.

342. (150) scheyerl. in ecclesia ad s. Joann. Nepomuc., de præsentatione magistratus civici Monacensis.

343. (151) schiessl. ad div. Virg., de præsentatione magistratus civici Monacensis.

344. (152) schimmel. ad div. Virg., una vice de libera collatione Episcopi, altera vice de præsentatione Collegiatæ et magistratus Monac.

345. (153) schlittauer., manuale Cooperatorum ad div. Virg.

346. (154) schmid. ad s. Petr., de præsentatione familiæ Schmidianæ.

347. (155) schmidbauer. ad s. Spiritum, de præsentatione Administratorum hospitalis et vitricorum ecclesiæ.

348. (156) schobinger. ad s. Petrum, de præsentatione familiæ de Vacchieri, nunc magistratus civici Monacensis.

München, Beneficia:

349. (157) schrenk. ad alt. ss. Mart. et Udalrici in eccles. paroch. ad s. Petr., de præsentatione hæredum fundatoris. Ultima vice præsentavit Comitissa de Fugger, nata de Haimhausen.

350. (158) schweindl. seu woelfl. ad div. Virg., de præsentatione magistratus civici Monacensis.

351. (159) s. Sebastiani Beneficium in ecclesia ejusd. Sancti im Rosenthal, Parochiæ s. Petri, de dispositione Reg. Maj. Bav. (cf. §. 114).

352. (160) sedelmayer. in ecclesia monialium ord. s. Elisabethæ, de præsentatione familiæ Sedelmayer in Eisenhofen.

353. (161) sendlinger. ad alt. s. Corb. in eccl. paroch. s. Petri. — Familiæ Barth & Ridler alternatim nominant, Parochus autem præsentat.

354. (162) sendlinger. ad div. Virg., de præsentatione senioris familiæ Ridler.

355. (163) siber. ad s. Spiritum, de præsentatione Administratorum hospitalis.

356. (164) s. Sigismundi in ecclesia ad div. Virg., manuale Choricapellanorum.

357. (165) spaur. et holzer. ad div. Virg., fundatum ad sustentationem Concionatoris, de præsentatione capituli Collegiatæ.

358. (166) stadler., manuale Cooperatorum ad s. Petrum.

359. (167) stibich. in eccl. omnium sanctorum, in Parochia s. Petri, de præsentatione magistratus civici Monacensis.

360. (168) staudinger., manuale in eccl. monialium ord. visitationis B. M. Virg.

361. (169) sternegger. ad s. Spiritum, de præsentatione Administratorum hospitalis.

362. (170) streitl. ad div. Virg., de libera collatione episcopali.

363. (171) strobl. in eccl. omnium sanctorum in cœmeterio Parochiæ s. Petri, de præsentatione Parochi ad s. Petr.

364. (172) stypf. ad div. Virg., de præsentatione magistratus civici Monacensis.

365. (173) sunnenreiter. ad s. Petr., de præsentatione Parochi.

366. (174) tattenbach., manuale in capella domestica et de dispositione Comitis de Tattenbach.

367. (175) teufelhart. ad s. Spiritum, de præsentatione magistratus civici Monacensis.

368. (176) textor. in ecclesia ss. Trinitatis, de præsentatione confraternitatis sacerdotum ad div. Virginem.

München, Beneficia:

369. (177) trieb., manuale quondam Choricapellanorum ad div. Virginem.

370. (178) tuelbeck. ad div. Virg., de alternativa præsentatione familiarum Schrenk & Goder.

371. (179) s. Vincentii, manuale Levitarum seu Capellanorum chori ad div. Virg.

vogelmayr., vid. supra keiss.

372. (180) wagentlehr. ad s. Petr., manuale quondam Cooperatorum.

373. (181) wager. ad s. Petr., de præsentatione confraternitatis corporis Christi.

374. (182) wampl. ad div. Virg., de præsentatione capituli Collegiatæ ad div. Virg.

375. (183) weinschenk. ad s. Petr., de præsentatione magistratus civici Monacensis.

376. (184) wergl. ad s. Petr., de præsentatione magistratus civici Monacensis.

377. (185) widmann. ad s. Petr., de præsentatione Parochi.

378. (186) wildprecht. ad div. Virg., de præsentatione magistratus civici Monacensis.

wœlfl., vid. schweindl.

379. Münchsdorf, Beneficium in Parochia Vilsheim, de præsentatione possessoris hofmarchiæ.

380. Nansheim, Expositura, in Parochia Schwaben, de dispositione Ordinariatus episcopalis.

381. Neuching, Beneficium, de præsentatione Comitis de Armansperg.

382. Neuenfraunhofen, Capellania arcis, de dispositione Lib. Bar. de Fraunhofen.

383. Neuenschleissheim, Curatia (Beneficium curatum) in Parochia Feldmoching, de nominatione Reg. Maj. Bav.

384. Neufarn, Beneficium in Parochia Eching prope Freysing, de libera collatione Episcopi.

385. Niederdieng, Beneficium in Parochia Aufkirchen prope Erding, pro tempore Parochiæ Aufkirchen unitum. Prioribus temporibus Parochus in Aufkirchen et communitas in Niederdieng tres Presbyteros Episcopo denominabant.

Niederhaching & Niederschleissheim, vid. Unterhaching & Unterschleissheim.

386. Niederthann, Expositura in Parochia Ilmmünster, de dispositione Ordinariatus episcopalis.

387. Niklasreuth, Beneficium curatum in Parochia Irschenberg, de præsentatione Parochi in Irschenberg et communitatis in Niklasreuth.

388. Notzing, Beneficium in Parochia Aufkirchen prope Erding, de præsentatione familiæ Rosenbuschianæ. — Nunc possessor arcis jus præsentandi exercet.

389. Nymphenburg, Curatia et Beneficium, de præsentatione Reg. Maj. Bav.

390. Oberammergau, Primissaria, de dispositione Præpositi Canonicorum regularium in Raitenbuch. — Beneficiatus investituram episcopalem non obtinuit.

391. Oberdorfen, Beneficium, de collatione Episcopi Frisingensis, qua possessoris hofmarchiæ in Zeilhofen.

392. Obergiesing, Expositura in Parochia Au prope Monachium, de dispositione Ordinariatus episcopalis.

393. Odelzhausen, Beneficium in Parochia Sulzemoos, de præsentatione possessoris hofmarchiæ.

394. Oelkofen, Beneficium in Parochia Grafing, de præsentatione possessoris hofmarchiæ.

395. Ottenhofen, Beneficium in Parochia Forstinning, de præsentatione possessoris hofmarchiæ.

396. Partenkirchen, Beneficium gœblianum, de libera collatione Episcopi.

397. Partenkirchen, Beneficium jochnerianum, de cumulativa præsentatione Parochi et communitatis ibidem.

398. Partenkirchen, Beneficium in hospitali, Parochiae unitum.

399. Pasenbach, Beneficium in Parochia Vierkirchen, de præsentatione possessoris hofmarchiæ ex familia Barthiana.

400. Pasing, Beneficium in Parochia Aubing, de præsentatione Parochi.

401. Pastetten, Beneficium curatum in Parochia Forstinning, de præsentatione Parochi in Forstinning et vitricorum ecclesiæ in Pastetten.

402. Peuting, Primissaria, Parochiæ ibidem annexum.

403. Pframern, Beneficium curatum in Parochia Egmating, de præsentatione Parochi in Egmating et vitricorum ecclesiæ in Pframern.

404. Piesenkam, Beneficium curatum in Parochia Hartpenning, de præsentatione monasterii in Tegernsee.

Pirka, vid. supra Birka.

405. Planegg, Beneficium in Parochia Puchheim, de præsentatione Domini de Hœrwarth in Planegg (Parochiæ Martinsried unitum).

406. Puelach, Beneficium in Parochia Sendling, de præsentatione magistratus civici Monacensis.

407. Putzbrunn, Expositura in Parochia Ottendichel, de dispositione Ordinariatus episcopalis.

Ramersdorf in Parochia Perlach:

408. a. Beneficium Primissariae, de alternativa præsentatione Parochi in Perlach et vitricorum ecclesiæ Ramersdorfensis.

409. b. Beneficium s. Crucis, itidem de alternativa præsentatione Parochi in Perlach et vitricorum ecclesiæ Ramersdorfensis.

410. c. Beneficium ducale Ernestinum seu missa B. Virg. Mariæ, de præsentatione Reg. Maj. Bav., ao. 1776 in ecclesiam s. Michaelis Monachii translatum.

411. Ramsau, Beneficium et Expositura in Parochia Kirchdorf prope Haag, de nominatione Regià.

412. Reichersbeuren, Beneficium, de præsentatione senioris familiæ de Pienzenau et monasterii in Tegernsee.

413. Rest (Rast), Beneficium in Parochia Humel, de præsentatione Reg. Maj. Bav.

414. Riss, Curatia in comitatu Tyrolensi, Parochiæ Lenggries, de libera collatione Episcopi.

415. Romelberg, Expositura in Parochia Attel, de dispositione Ordinariatus episcopalis.

Rosenheim, Beneficia:

416. a. helena-scherrianum, de præsentatione magistratus civici in Rosenheim.

417. b. hiblero-pernauerianum, annexum Cooperaturæ, de cumulativa præsentatione Parochi et magistratus civici.

418. c. hoppenbichlerianum, de præsentatione familiæ hoppenbichlerianæ, eaque extincta magistratus civici in Rosenheim.

419. d. lauretanum, de præsentatione confraternitatis corporis Christi.

420. e. peerianum in ecclesia hospitali ad s. Josephum, alternative de libera collatione Episcopi et de præsentatione magistratus civici.

Rosenheim, Beneficia:

421. f. schmetterer., de præsentatione concilii ecclesiastici episcopalis Frisingensis.

422. g. sixtianum, de præsentatione descendentium fundatoris, nunc magistratus civici Rosenheimensis.

423. h. stierhuberianum, Cooperaturæ annexum, de cumulativa præsentatione Parochi et magistratus civici.

424. i. wolfscherrianum, de præsentatione magistratus civici in Rosenheim.

425. Sachsenkam, Beneficium in Parochia Hartpenning, de præsentatione Comitis de Preysing in Reichersbeurn.

426. Scharnitz, Capellania localis in comitatu Tyrolensi, in Parochia Mittenwald . . . .

Schleissheim, vid. supra Neuenschleissheim et infra Unterschleissheim.

427. Schliersee, Beneficium, de præsentatione capituli Collegiatæ ad div. Virg. Monachii, nunc Parochiæ annexum.

428. Schoengeisering, Expositura in Parochia Bruck prope Fürstenfeld, de dispositione Ordinariatus episcopalis.

429. Schwaben, Primissaria, de præsentatione familiæ Gerstlacherianæ eaque extincta magistratus civici in Schwaben.

430. Schwabing, Beneficium quondam in Parochia Sendling, de præsentatione magistratus civici Monacensis, nunc propria Parochia de præsentatione Reg. Maj. Bav.

431. Siegertsbrunn, Beneficium in Parochia Hohenbrunn, de præsentatione capituli Collegiatæ ad s. Andream Frisingæ, cum assensu Parochi in Hohenbrunn et vitricorum atque communitatis in Sigertsbrunn.

432. Sielenbach, Beneficium, Parochiæ ibidem annexum.

433. Spielberg, Beneficium in Parochia Günzelhofen, de præsentatione possessoris arcis.

434. Steinberg, Curatia in comitatu Tyrolensi in Parochia Breitenbach, de alternativa præsentatione capituli Collegiatæ ad s. Andream Frisingæ et hæredum Georgii Hintner.

435. Sünzhausen, Expositura in Parochia Schweidenkirchen, de dispositione Ordinariatus episcopalis.

436. Tattenhausen, Curatia in Parochia Hochstætt, de libera collatione Episcopi.

437. Taufkirchen prope Haching, Beneficium in Parochia Oberhaching, quondam de nominatione Parochi cum hæredibus confundatoris Georgii Taufkirchner et de præsentatione Rectoris colle-

gii societatis Jesu Monacensis, nunc de nominatione et præsentatione Regiæ Maj. Bav.

438. Taufkirchen prope Velden, Capellania arcis fundata, de nominatione possessoris arcis.

439. Tegerndorf, Expositura in Parochia Minsing, de dispositione Ordinariatus episcopalis.

440. Thalheim seu Mariathalheim, Beneficium curatum in Parochia Riding, de præsentatione Parochi in Riding cum consensu vitricorum ecclesiæ in Thalheim.

441. Thalkirchen, Beneficium in Parochia Sendling, de præsentatione Regiæ Majestatis Bavaricæ (quondam Comitis in Haag).

Thann, Expositura, vid. supra Niederthann.

442. Thanning, Beneficium, de præsentatione quondam Electoris Bavariæ, nunc Parochiæ ibidem annexum.

443. Thannkirchen, Expositura in Parochia Dietramszell, de dispositione Ordinariatus episcopalis.

444. Thiersee, Curatia in comitatu Tyrolensi, in Parochia Langkampfen, de libera collatione Episcopi.

Toelz, Beneficia:

445. a. ss. Georgii et Leonardi, de præsentatione magistratus civici Tœlzensis.

446. b. nockherianum, de præsentatione Parochi et ejusdem magistratus.

447. c. reischlianum, de nominatione ejusdem magistratus et de præsentatione Comitis de Preysing in Reichersbeurn.

448. d. schoettlianum, de præsentatione magistratus civici.

449. e. trium Regum et s. Erasmi, de præsentatione ejusdem magistratus.

450. Unterfoehring, Beneficium in Parochia Oberfœhring, de præsentatione familiæ nockherianæ (cumulative quondam cum congregatione Eremitica).

451. Unterhaching, Beneficium in Parochia Oberhaching, de præsentatione capituli Collegiatæ ad s. Andr. Frisingæ.

452. Unterschleissheim, Beneficium curatum in Parochia Garching, de præsentatione monasterii Weihenstephan.

453. Valley, Beneficium manuale in Parochia Feldkirchen prope Aibling, de nominatione Comitis de Tattenbach.

454. Velden, Primissaria. Duabus vicibus magistratus civicus, tertia vice Parochus ibidem præsentat.

Veldkirchen, vid. supra Feldkirchen.

455. Vilsheim, Beneficium trium Regum, alternative de libera collatione Episcopi et de præsentatione familiæ Busch.

456. Vilsheim, Beneficium s. Annæ, manuale, Parochiæ ibidem annexum.

457. Voernbach, Primissaria, de præsentatione Comitis de Tœrring-Jettenbach.

458. Voldepp, Curatia in Parochia Breitenbach, in comitatu Tyrolensi, de præsentatione capituli Collegiatæ ad s. Andream Frisingæ.

459. Wallgau, Beneficium curatum in Parochia Mittenwald, de libera collatione Episcopi.

460. Wasentegernbach, Beneficium in Parochia Schwindkirchen, de præsentatione Præpositi et Principis Berchtesgadensis.

Wasserburg, Beneficia:

461. a. corporis Christi, de præsentatione magistratus civici ibidem.

462. b. estermannianum, de præsentatione ejusdem.

463. c. s. Floriani, de præsentatione Reg. Maj. Bav.

464. d. froeschlianum, de præsentatione magistratus civici in Wasserburg.

465. e. khernianum, de præsentatione Reg. Maj. Bav.

466. f. surauerianum, de præsentatione familiæ Surauer.

467. g. widderianum, de præsentatione magistratus civici.

468. h. paumgartnerianum, de præsentatione Comitum de Paumgarten.

469. i. reitterianum, de præsentatione magistratus civici.

470. k. werther., de præsentatione monasterii Attel.

471. l. in hospitali, de præsentatione magistratus civici.

472. m. Beneficia unita, Parochiæ annexa, sine præsentatione et investitura conferuntur.

473. Weichs, Beneficium, de præsentatione senioris familiæ de Weichs.

474. Weilbach, Beneficium in Parochia Ampermoching, de libera collatione Episcopi.

475. Weng, Beneficium in Parochia Greimertshausen, de libera collatione Episcopi.

Wiese prope Frisingam, vid. supra Freysing.

476. Wildenholzen, Beneficium in Parochia Bruck prope Grafing, de præsentatione possessoris castri Wildenholzen ex familia Pienzenaueriana.

477. Wolfratshausen, Beneficium langianum, de præsentatione familiarum Lang & Raab.

478. Wolfratshausen, Primissaria, de præsentatione magistratus civici in Wolfratshausen.

479. Wolfratshausen, Beneficium in arce, nunc in Dorfen prope Wolfratshausen, de præsentatione Reg. Maj. Bav.

480. Zeilhofen, Beneficium in Parochia Oberdorfen, de libera collatione Episcopi Frisingensis, tamquam possessoris arcis Zeilhofen.

481. Zell, Capellania localis in comitatu Tyrolensi.

Kanzley=Manual=Matrikel

des

Bisthums Freysing

aus dem XVII. Jahrhunderte.

Conspectus *).

*) Diese Kanzley-Manual-Matrikel ist größten Theils nur ein Auszug aus der Sunderndorferischen Matrikel, jedoch enthält sie auch einige Zusätze und Ergänzungen. Unter anderem liefert sie von der Stadtpfarrey Wasserburg, welche von dem Generalvicar Sunderndorfer völlig übergangen worden ist, eine den kurzen Darstellungen der übrigen Stadtpfarreyen entsprechende Beschreibung. Da sowohl in der Reihenfolge der Decanate, als in jener der Pfarreyen die nämliche Ordnung, wie in der Sunderndorferischen Matrikel, beybehalten worden ist, so schien es nicht nöthig, auf diese bey einer jeden einzelnen Pfarrey wieder eigens hinzuweisen.

Ueber die wahrscheinliche Veranlassung und Bestimmung dieser Manual-Matrikel sehe man die Vorrede zu dem ersten Bande S. XIII u. XIV.

D.

Matricula manualis

seu

Decanatus cum suis Parochiis & Beneficiis cuilibet adscriptis in Diœcesi Frisingensi.

---

§. 679.

I. Decanatus inter aquas.

1. S. Georgii Frisingensis ecclesia est de plena dispositione capituli ecclesiæ Frisingensis ac eidem incorporata pro 48 ℔. dl., singulis angariis 12 solvendis, et pro censibus domus 6 fl., item Dominica Judica 12 β. dl. solvendis pro præsentiis dicto capitulo. Item ultra dicta gravamina olim solvit in absenti 32 fl., jam 24 fl. Item habentur in eadem ecclesia duo Beneficia, unum ad altare B. V. Mariæ, de præsentatione servorum pistorum, valoris 24 ℔. dl.; alterum ad altare ss. Sebastiani, Urbani & Catharinæ, de præsentatione Lerchenfelder.

2. Fürholzen est de collatione Reverendissimi Frisingensis in utroque mense. Ejus patronus s. Stephanus. Solvit in absenti 60 fl.

3. Massenhausen est de collatione Reverendissimi Frisingensis in utroque mense. Ejusdem patrona Beata Virgo. Solvit in absenti 32 fl. Item in eadem ecclesia duo Beneficia fundata de collatione Reverendissimi Frisingensis super altare s. Trinitatis, valoris quodlibet 32 fl.

4. Eching unita est monasterio Weihenstephan. Ejusdem patronus s. Andreas. Habet in filiali ecclesia s. Spiritus in Neufarn Beneficium fundatum, de collatione Reverendissimi Frisingensis.

5. Gremerzhausen est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Nicolaus. In capella s. Georgii in Weng altare de collatione Reverendissimi in Frisinga.

6. Haidlfing unita est monasterio Novæ Cellæ. Ejus patronus s. Laurentius.

7. Hummel est de plena dispositione capituli ecclesiæ s. Andreæ Frisingæ. Solvit olim in absentiam 18 fl. Ejus patroni s. Georgius et s. Dionysius.

8. Sinzhausen unita capitulo ecclesiæ s. Viti Frisingæ. Ejus patronus s. Georgius.

9. S. Viti Frisingae est de præsentatione Præpositi dictæ ecclesiæ s. Viti.

10. Dinzhausen unita est monaterio Weihenstephan. Ejusdem patroni Petrus et Paulus.

11. Crandsperg unita est ecclesiæ collegiatæ B. Mariæ V. in Monaco. Ejusdem patronus s. Quirinus.

12. S. Andreae Frisingae unita est capitulo ecclesiæ ejusdem*).

13. Allershausen pertinet pleno jure ac unita est monasterio Novæ Cellæ. Ejusdem patronus s. Martinus.

14. Mospurg est de dispositione capituli collegiatæ ecclesiæ ibidem. Ejusdem patronus s. Johannes. In absenti 3 fl. olim solvit.

15. Donstetten est de dispositione capituli ecclesiæ collegiatae Mospurgensis. Ejusdem patronus s. Valentinus**).

§. 680.

II. Decanatus Reichenkirchen.

16. Reichenkürchen est de collatione et plena dispositione venerabilis capituli Frisingensis ac eidem incorporata pro 6 ℔. dl. In absenti 10 fl. nunc temporis dare posset. — Ejusdem patronus s. Michael.

17. Auffkürchen prope Erdingam est de collatione et dispositione Domini Decani ecclesiæ Frisingensis. Ejusdem patroni s. Johannes Baptista et Evangelista. Item habentur in Parochia duo Beneficia, unum ad altare s. Catharinæ in Nozing, de præsentatione Comitum in Hag, et unum ad altare omnium Sanctorum in Niederdieng. Solvit in absenti 60 fl. Incorporata est capitulo Frisingensi pro 36 ℔. dl.

18. Fraunberg est de præsentatione Nobilium de Fraunberg.

---

*) Die Pfarrey Weihenstephan, von welcher auch in der Sunderndorferischen Matrikel (§. 433) nur der Name steht, ist hier ganz umgangen.

**) Hier fehlt die Pfarrey Hohenbercha (§. 437).

Ejus patronus s. Florianus. Item in capella B. Mariæ Virginis ibidem Beneficium fundatum, de præsentatione Nobilium in Fraunberg, valoris 90 fl. — Potest dare in absenti 8 ad 10 fl.

19. Rüding est de collatione Reverendissimi Frisingensis. — Ejusdem patronus s. Georgius et s. Catharina. Solvit in absenti 20 fl. Item habet duo Beneficia fundata in filiali ecclesia Dalhaim de præsentatione Plebani et vitricorum ibidem, unum ad altare B. V. Mariæ et unum ad altare s. Annæ, quodlibet valoris 32 fl.

20. Rapolzkhürchen est de collatione et dispositione venerabilis capituli Frisingensis. Ejusdem patronus s. Stephanus.

21. Bockhorn est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Patrona B. Virgo. Item capitulo ecclesiæ Frisingensis incorporata pro 12 ℔. dl. Solvit in absenti 60 fl.

22. Langenpreising est de præsentatione Abbatissæ in Oberminster Ratisponæ. Ejusdem patronus s. Martinus. Solvit in absenti 33 fl. 3 β., et filialis Wartenberg 26 fl. 4 β. dl.*).

23. Berglern est de collatione Reverendissimi. Ejusdem patroni Petrus et Paulus. Solvit in absenti 30 fl.

24. Eschlbach est de præsentatione capituli collegiatæ ecclesiæ s. Johannis Baptistæ Frisingæ. Ejusdem patrona B. Virgo. Item est incorporata ecclesiæ Frisingensi pro 12 Schäffel tritici et dat in absenti ecclesiæ s. Johannis Baptistæ prædictæ 20 ℔. dl.

25. Walparskhürchen est de præsentatione capituli collegiatæ ecclesiæ in Isen. Ejus patronus s. Erhardus. Item est incorporata dicto capitulo pro 16 ℔. dl. Solvit in absenti 24 ℔. dl.

26. Altenerding est de præsentatione capituli collegiatæ ecclesiæ s. Johannis Baptistæ Frisingæ. Ejus patrona B. Virgo Maria.

In oppido Erding sunt Beneficia subsequentia: Capellania ad s. Spiritum, Primissaria ad B. Virginem et Mitter-Möß (medius Missarius).

In filiali ecclesia s. Joannis: Missa Manschier ad altare s. Michaelis, missa Loipherrn et missa passionis Domini.

Missa omnium animarum, de præsentatione consulatus.

Missa Helmaister, de præsentatione eorundem.

Missa lanificum, de præsentatione eorundem.

Missa sutorum, de præsentatione eorundem.

Missa animarum in Altenerding.

Item *(Parochia)* est dictæ ecclesiæ s. Johannis Baptistæ Frisingæ incorporata pro 36 fl. Item solvit in absenti 34 ℔. dl.

---

*) In der Sunderndorferischen Matrikel (§. 445) ist Wartenberg als ein selbstständiges Pfarrvicariat aufgeführt.

27. Wifling est de præsentatione Principum Bavariæ. Ejusdem patroni s. Urbanus et s. Gangolfus. Solvit in absenti 40 fl.

28. Eytting est de præsentatione Reverendissimi Frisingæ. Ejusdem patronus s. Georgius. Est ecclesiæ Frisingensi incorporata pro 6 Schäffel tritici. Solvit in absenti 40 fl.

29. Beugenberg est de provisione Vicarii *(generalis)* Frisingensis. Ejusdem patronus s. Nicolaus. Solvit in absenti 8 fl.

30. Geissling est de collatione Reverendissimi Frisingæ. Ejusdem patronus s. Martinus. Solvit in absenti 32 fl.

31. Werd est de collatione Reverendissimi Frisingæ. Ejusdem patronus s. Petrus. Solvit in absenti 60 fl.

§. 681.

III. Decanatus Aettenkhürchen.

32. Aettenkhürchen est de præsentatione capituli s. Johannis Baptistæ Frisingæ. — Ejusdem patronus s. Johannes Baptista. Est incorporata dicto capitulo pro 160 fl. Item posset dare in absenti 30 fl.

33. Zolling est de collatione et plena dispositione capituli ecclesiæ Frisingensis. Ejusdem patronus s. Johannes Baptista. — Habet in filiali ecclesia s. Laurentii in Hag Capellanum, cui Nobilis Flitzinger a manu annuatim solvit 24 fl.

34. Wanchenbach est de præsentatione Principum. Ejusdem patronus s. Crux.

35. Inkhoffen-Bergen est de præsentatione Abbatissæ monasterii zu der Seeligen Porten, Eystettensis Diœcesis. Ejusdem patronus in Bergen, quæ parochialis est ab antiquo, s. Martinus. Solvit in absenti 80 fl.

36. Kürchdorff spectat ad monasterium Novæ Cellæ. Ejusdem patronus s. Martinus.

37. Reicherzhausen est de præsentatione Principum. Ejusdem patronus s. Stephanus. Solvit in absenti 10 fl.

38. Nandlstatt est de collatione Reverendissimi Frisingæ. Ejusdem patronus s. Martinus. Solvit in absenti 20 fl.

39. Wolfferstorff est de collatione D. Vicarii Frisingensis. Ejusdem patronus s. Petrus. Solvit in absenti 15 fl.

40. Schweittenkürchen est de collatione Reverendissimi Frisingæ. Ejusdem patronus s. Johannes Baptista. Solvit in absenti 32 fl.

41. Ambs est de collatione Reverendissimi Frisingæ. Ejusdem patrona Beata Virgo. Solvit in absenti 32 fl.

§. 682.

IV. Decanatus Neuching.

42. Neuching est de collatione Reverendissimi Frisingæ. Ejusdem patronus s. Martinus. In capella Beatæ Mariæ Virginis in dicta Parochia Beneficium fundatum de præsentatione Nobilium in Neüching, valoris 40 fl. Dicta ecclesia est incorporata Prædicaturæ Frisingæ pro 78 fl. Solvit etiam olim propter incorporationem in absenti 40 fl.

43. Anzing est de præsentatione capituli ecclesiæ s. Viti Frisingæ. Ejusdem patrona Beata Virgo. Est incorporata dicto capitulo pro 38 Mittel frumenti et 12 β. Wißgelt. Solvit in absenti 40 fl.

44. Nanshaimb seu Schwaben est de collatione et dispositione capituli ecclesiæ Frisingensis. Ejusdem patronus s. Stephanus. Item habet in filiali ecclesia Beatæ Virginis in Gelting Primissariam fundatam de præsentatione Ducis Bavariæ. Est incorporata capitulo dicto pro 33 fl. et 3 β. Solvit in absenti 44 fl.

45. Zornolting est de collatione Reverendissimi Frisingæ. Ejusdem patronus s. Martinus. Solvit in absenti 40 fl.

46. Finsing est de præsentatione Abbatis in Tegernsee. Ejusdem patronus s. Georgius. Solvit in absenti 40 fl.

47. Emating est de collatione Reverendissimi Frisingæ. Ejusdem patronus s. Johannes Baptista. In capella filiali s. Andreæ in Pframern ad altare B. Mariæ Virginis Primissaria fundata. — Solvit in absenti 60 fl.

48. Hochenbrunn spectat pleno jure ad capitulum collegiatae ecclesiae s. Andreae Frisingae. Ejusdem patronus s. Stephanus. — Habet in Parochia duo Beneficia fundata, unum ad summum altare in Hochenbrunn *(Hechenkirchen)* de præsentatione Mayer, alterum in capella s. Leonardi in Sigersprun de nominatione Plebani et vitricorum et de præsentatione dicti capituli. Est incorporata dicto capitulo pro 11 ℔. dl. Solvit in absenti 50 fl.

§. 683.

V. Decanatus Illmünster.

49. Ilmmünster est unita collegiatæ eccleciæ Beatæ Virginis

in Monaco. Ejusdem patronus s. Arsatius. Item in dicta ecclesia duo Beneficia fundata de collatione et plena dispositione dicti capituli et Præpositi, unum ad altare s. Joannis et alterum ad altare s. Mariæ Magdalenæ.

Pütrichmeß in Hetnhausen & Karingmeß in Haunstetten spectant pleno jure ad dictum capitulum Monacense*).

50. Sittenbach est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Laurentius. Solvit in absenti 80 fl., jam 40 fl.

51. Scheirn pertinet pleno jure ad Abbatem et conventum ibidem.

52. Voernbach est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patrona Beata Virgo. Habet in eadem ecclesia Beneficium perpetuum de præsentatione Seüberstorffer, valoris 33 fl. Ecclesia prædicta solvit in absenti 42 fl.

53. Weichs. Patronus est s. Martinus Episcopus. — Est de collatione Reverendissimi Frisingensis. In eadem ecclesia Beneficium ad altare B. Mariæ Virginis fundatum, de præsentatione Nobilium de Weichs, valoris 40 fl. Capitulo ecclesiæ Frisingensis incorporata**) pro 4 ℔. Solvit in absenti 60 fl.

54. Westerholzhausen est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Patrona Beata Virgo Maria. Solvit in absenti 20 fl.

55. Aspach spectat pleno jure ad monasterium Understorff. Bettenbach habet Capellanum. Dat in absenti 14 dl.

56. Undersdorff spectat pleno jure ad monasterium.

57. Hirtelpach est de collatione Reverendissimi Frisingensis***). Ejusdem patronus s. Valentinus. Solvit in absenti 50 fl.

58. Niderrott est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Georgius. Solvit in absenti 38 fl.

59. Lamperzhausen est de collatione Reverendissimi. Ejusdem patronus s. Lampertus. Solvit in absenti 45 fl.

60. Herschenhausen est de collatione Frisingensis Vicarii. Ejusdem patrona Beata Virgo. Solvit in absenti 10 fl.

61. Gerlsbach est de collatione capituli Frisingensis. Ejus-

---

*) Das Vicariat Niederthann ist hier ganz weggelassen. Hettenhausen und Haunstetten kommen in der Sunderndorferischen Matrikel als selbstständige Vicariate vor; eben so Paunzhausen bey der Pfarrey Vörnbach.

**) Der Ausdruck „incorporata" kann hier nur im weitesten Sinne zu verstehen seyn. Weichs war zu Gunsten des Domcapitels in Freysing nur mit einer jährlichen Abgabe an dasselbe belegt.

***) Diese Angabe beweiset, daß gegenwärtige Kanzleymatrikel erst nach dem Jahre 1622 verfaßt worden seyn könne.

dem patronus s. Andreas Apostolus. Incorporata eidem capitulo pro 20 fl., Præposito ejusdem pro 5 fl. Solvit in absenti 22 fl.

62. Altmünster spectat pleno jure ad monasterium.

63. Sielebach est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Petrus Apostolus. Habet in dicta parochiali Beneficium, ad altare s. Sebastiani fundatum, de præsentatione Nobilium de Stunzpach, valoris 32 fl. Solvit in absenti 40 fl.

64. Klainberghoffen est de collatione Reverendissimi Frisingæ. Ejus patronus s. Martinus. Incorporata*) monasterio Wessetbrun Augustanæ Diœcesis pro 6 fl. Solvit in absenti 12 fl.

65. Wolmosen est de præsentatione Abbatissæ in Khiebach. Ejusdem patronus s. Bartholomæus. Solvit in absenti 70 fl.

66. Bischlstorff est de collatione D. Vicarii Frisingensis. Ejus patronus s. Michael. Solvit in absenti 10 fl.**).

67. Peterzhausen est de collatione Reverendissimi Frisingensis in utroque mense. Solvit in absenti 80 fl.

68. Jezendorff, alias Volkherstorff, est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Patronus s. Nicolaus. Nobiles ibidem dant possessionem. In ecclesia filiali s. Johannis Baptistæ et Evangelistæ in Jezendorff sunt duo Beneficia, ad altaria B. V. Mariæ et s. Barbaræ fundata, de præsentatione Nobilium ibidem, valoris 40 fl. Solvit in absenti 30 fl.

§. 684.

VI. Decanatus Gündlkhoven.

69. Gündlkhoven. Patronus est s. Petrus. Est de præsentatione Abbatissæ monasterii fidelium vallis prope Landshuet, ac eidem incorporata pro 15 fl.

70. Tandorff est de præsentatione Abbatis monasterii Ebersperg. Ejusdem patronus s. Michael. Solvit in absenti 10 fl.

71. Volkhmanstorff spectat præsentatio ad capitulum ecclesiæ Mospurg. — Ejus patronus s. Laurentius. Habet Vicarium perpetuum. Posset dari in absenti 3 ℔. dl.

72. Bruckberg. Patronus est s. Jacobus. Spectat pleno jure ad capitulum Mospurgense. Sub ejus limitibus capella s. Nicolai

---

*) Das Wort „incorporata" kann auch hier nicht im strengen Sinne genommen werden.

**) In der Sunderndorferischen Matrikel folgen nach Bischlsdorf die Vicariate Reichertshausen und Obermarbach (§§. 496 u. 497), welche aber hier fehlen.

prope Aue in Niderbruckberg, in qua Beneficium fundatum, de præsentatione Nobilium Juden ibidem; valoris 40 fl. — Habet Vicarium perpetuum; solvit in absenti 10 fl.

73. Gamlstorff est de collatione Vicarii Frisingensis. Ejusdem patronus s. Vitus. Solvit in absenti 16 ℔. dl.

74. Maurn est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Joannes Baptista. Solvit in absenti 24 fl.

75. Hergolzhausen. Patroni s. Jacobus Apostolus et s. Christophorus martyr. Est de collatione D. Vicarii Frisingensis. Solvit in absenti 16 ℔. dl.

76. Margarethenried est de collatione capituli ecclesiæ Frisingensis. Ejusdem patrona s. Margaretha. Incorporata eidem capitulo pro 3 ℔. dl. Solvit in absenti 5 ℔. dl.

77. Schweinerstorff. Patronus s. Petrus Apostolus. Est de collatione Decani Frisingensis. Incorporata ad altare s. Georgii in ecclesia Frisingensi pro 8 fl. Solvit in absenti 8 fl.

§. 685.

VII. Decanatus Heberzhausen.

78. Heberzhausen. — Patronus s. Georgius. Est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Solvit olim in absenti 40 fl.

79. Dachau est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Jacobus. In eadem ecclesia Primissaria fundata, de præsentatione consulatus ibidem, valoris 42 fl. — Solvit in absenti 40 fl.

80. Holzhausen. — Patronus s. Crux. Est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Solvit in absenti 32 fl.

81. Vierkirchen. — Patronus s. Jacobus major. Est de præsentatione capituli Frisingensis ecclesiæ. Filialis ecclesia B. Mariæ Virginis in Giebingen habet proprium Capellanum ad nutum amovibilem, cui a vitricis solvuntur 24 ℔. dl. — Est dicto capitulo incorporata pro 76 fl. 4 β. 20 dl. Item 32 dl. ultra præmissa. Solvit in absenti 40 fl.

82. Mitterndorf. — Patrona B. Virgo. Est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Solvit in absenti 32 fl.

83. Berkhirchen. — Patronus s. Johannes Baptista. Est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Incorporata custodiæ Frisingensi pro 10 ℔. dl. Solvit in absenti 80 fl.

84. Moching. — Patronus s. Petrus. Est de collatione Re-

verendissimi Frisingensis. In filiali ecclesia B. Mariæ Virginis in Weilbach Primissaria fundata, de præsentatione Schluderer, valoris 32 fl. — Solvit in absenti 40 fl.

85. Roermos est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Johannes Baptista. Incorporata capitulo Frisingensis ecclesiæ pro 27 fl. Solvit in absenti 25 fl.

86. Inzemos est de plena dispositione capituli Frisingensis. Ejusdem patronus s. Georgius. Solvit in absenti 6 fl.

87. Haimbhausen est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Nicolaus. In filiali ecclesia Mariæ Virginis in Inhausen Beneficium fundatum, de collatione Reverendissimi Frisingensis. Solvit in absenti 52 fl.

88. Belhaimb est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patrona s. Ursula. Solvit in absenti 40 fl.

89. Kolbach. — Patronus s. Martinus. Est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Solvit in absenti 52 fl.

90. Jarz est de collatione Reverendissimi Frisingensis in utroque mense. Ejusdem patrona Beata Virgo. Solvit in absenti 52 fl.

91. Rumelzhausen est de præsentatione Abbatis in Scheirn. Ejusdem patronus s. Laurentius. Solvit in absenti 10 fl.

92. Kamer est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Joannes Evangelista. Nobilis ex Kamer tenet Capellanum, cui pro salario solvuntur 24 fl. Item Nobiles dant possessionem. — Solvit in absenti 52 fl.

§. 686.

VIII. Decanatus Egenburg.

93. Egenburg est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Stephanus. Solvit in absenti 32 fl.

94. Yesenwang est de præsentatione Abbatis in Fürstenfeldt. Ejusdem patronus s. Michael. Dictus Abbas colligit decimas valoris 100 fl. — Solvit in absenti 40 fl.

95. Wenigmünchen est de præsentatione Abbatissæ in Hohenwart. Ejusdem patronus s. Michael. Solvit in absenti 15 fl.

96. Pfaffenhouen an der Glon est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Michael. Valoris annuatim proventus 80 fl. Solvit in absenti 42 fl.

97. Egenhouen est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Georgius. Solvit in absenti 60 fl.

98. Bruck seu Pfaeffing est de præsentatione Abbatis in Fürstenfeldt. Ejusdem patroni s. Stephanus et s. Egidius. In filiali ecclesia ss. Petri & Pauli duo Beneficia fundata, unum ad altare Beatæ Virginis, de collatione Abbatis, solvit in absenti 11 fl., alterum Primissaria, de præsentatione Knebler, solvit in absenti 20 fl. Abbas colligit decimas, valoris 260 fl.

99. Malching pertinet ad *(monasterium)* Bernriedt *(Diœcesis Augustanæ).*

100. Emmering est de præsentatione Abbatis in Fürstenfeldt. Ejusdem patronus s. Joannes Baptista. Solvit in absenti 28 fl.

101. Hoefen seu Khottalting est de præsentatione Abbatis et conventus in Fürstenfeldt. Patrona Beata Virgo. In dictà parochiali Primissaria ad altare s. Crucis fundata, de præsentatione dicti Abbatis, valoris 32 fl.

102. Maemmendorff est de collatione Episcopi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Jacobus Apostolus. Solvit in absenti 66 fl.

103. Einspach est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patrona s. Margaretha. Solvit in absenti 60 fl., de qua absenti cedunt ecclesiæ Frisingensi 20 fl. pro choralibus.

104. Rottbach est de collatione Episcopi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Michael. Solvit in absenti 66 fl.

105. Sulzemos est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Joannes Baptista. In ecclesia B. V. Mariæ in Adelzhausen*) Beneficium fundatum, de præsentatione Auwer, valoris 60 fl. Solvit in absenti 50 fl.

106. Eberzhausen est de collatione Vicarii Frisingensis. Ejusdem patronus s. Michael. Solvit in absenti 16 fl.

107. Ginzlhouen est de collatione Reverendissimi Frisingensis in utroque mense**). Ejusdem patrona s. Margaretha. Solvit in absenti 100 fl.

108. Aernbach est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejusdem patronus s. Nicolaus. Solvit in absenti 12 fl., jam 40 fl., jam 60 fl., jam 70 fl.***).

109. Oberrott est de plena dispositione capituli collegiatæ s. Andreæ Frisingæ. Ejusdem patronus s. Petrus. Solvit in absenti 32 fl., item 6 ℔. dl. incorporationem dicto capitulo.

---

*) Odelzhausen.

**) Der Beysatz „in utroque mense" findet sich in der Sunderndorferischen Matrikel (§. 540) nicht.

***) Zwischen Günzlhofen und Oberroth stehen in der Sunderndorferischen Matrikel (§. 541 u. 542) die Pfarreyen Schwabhausen und Welshofen, welche hier — wohl nur aus Versehen des Abschreibers — gänzlich fehlen.

110. Walkherzhouen. — De præsentatione Abbatis in Scheirn. Patrona B. V. Maria. Solvit in absenti 70 fl.

111. Grainerzhouen. — Ejusdem ecclesiæ patronus s. Laurentius. Est de collatione Reverend. Frisingensis. Solvit in absenti . . . .

112. Auffkirchen *(an der Maysach)* est de collatione Reverendissimi Frisingensis in utroque mense. In absenti solvit 80 fl. Ejusdem patronus s. Georgius.

113. Maysach est de collatione capituli Frisingensis ecclesiæ. — Ejusdem patronus s. Vitus. Incorporata capitulo Frisingensi pro 10 ℔. dl. Solvit in absenti 32 fl.

114. Klainweickerzhouen *(Oberweickertshofen)* est de collatione Domini Vicarii Frisingensis. Patronus Joannes Baptista. Solvit in absenti 16 ℔. dl.

§. 687.

IX. Decanatus s. Petri Monacensis.

115. Ecclesia s. Petri est de præsentatione Ducis Bavariæ. Habet Beneficia subsequentia:

1. In capella omnium Sanctorum altare hoc, sub præsentatione Schluderer, valoris 40 fl.
2. Altare s. Sebastiani Stübichin, de præsentatione consulatus, valoris 52 fl.
3. In capella s. Nicolai in platea Neuhauser Beneficium fundatum, de præsentatione Ducis, valoris 50 fl.
4. In capella s. Christophori in domo Bœzner Beneficium fundatum, de præsentatione hæredum Bœzner, valoris 42 fl.

In ecclesia parochiali s. Petri:

5. Altare s. Laurentii, de præsentatione Pütrich, valoris 50 fl.
6. Altare s. Joannis Evangelistæ, de præsentatione Arsinger, valoris 60 fl.
7. Altare s. Arsacii, de præsentatione Mosauer, valoris 40 fl.
8. Altare s. Leonhardi, de præsentatione Plebani, valoris 36 fl.
9. Altare s. Alexii de præsentatione Schrenckh et Ridler, valoris 50 fl.
10. Altare s. Thomæ, de præsentatione Ruedolff, valoris 52 fl.
11. Altare s. Sebastiani, de præsentatione Dichtl, valoris 40 fl.
12. Altare s. Joannis Baptistæ, de præsentatione Leupoldt et Wenigl, valoris 28 fl.
13. Altare trium Regum, de præsentatione Bart, valoris 36 fl.

14. Altare s. Catharinæ, de præsentatione hæredum Waldassari Bœzner, valoris 60 fl.
15. Altare s. Matthæi & Mathiæ, de præsentatione Stüpff & Ridler, valoris 50 fl.
16. Altare s. Annæ, de præsentatione Bœzner, valoris 36 fl.
17. Altare s. Sigismundi, de præsentatione Bart, valoris 50 fl.
18. Altare s. Corbiniani, de præsentatione Bart, valoris 40 fl.
19. Altare s. Quirini, de præsentatione Plebani et consulatus, valoris 52 fl.
20. Altare s. Martini, de præsentatione Schrenk, valoris 36 fl.
21. Altare B. M. Virginis, de præsentatione Ridler, valoris 36 fl.
22. Altare s. Michaelis, de præsentatione Plebani, valoris 30 fl.
23. Altare s. Crucis, de præsentatione Plebani, valoris 70 fl.
24. Altare s. Andreæ, de præsentatione consulatus, valoris 36 fl.
25. Altare s. Petri in choro, de præsentatione consulatus, valoris 30 fl.

116. Ecclesia s. Spiritus (Monachii) est de præsentatione consulatus Monacensis. In eadem sunt Beneficia subsequentia:

1. Altare s. Spiritus, de præsentatione senatus, valoris 50 fl.
2. Altare B. V. Mariæ, de præsentatione consulatus, valoris 40 fl.
3. Altare martyrum, de præsentatione consulatus, valoris 27 fl.
4. Altare Apostolorum, de præsentatione Ruedolff, valoris 26 fl.
5. Altare s. Elisabeth in stuba infirmorum, de præsentatione Bütrich, valoris 36 fl.

117. Ecclesia B. Virginis Mariae (Monachii) est de præsentatione Ducis Bavariæ, valoris 280 fl., de quibus sibi 100 fl., reliqua 150 fl. Decano et capitulo cedunt.

In eadem ecclesia Beneficia fundata:

1. Altare s. Crucis, de præsentatione Nobilium Lung de Blaneck, valoris 36 fl.
2. Altare s. Georgii, de præsentatione Ligsalz, valoris 28 fl.
3. Altare s. Laurentii, de præsentatione Kazmair, valoris 33 fl.
4. Altare s. Margarethæ, de præsentatione consulatus, valoris 32 fl.
5. Altare s. Sebastiani, de præsentatione Lung, valoris 40 fl.
6. Altare s. Ruperti, de præsentatione Scharpffzandt, valoris 32 fl.
7. Altare s. Thomæ, de præsentatione Wilbrechten, valoris 36 fl.
8. Altare præsentationis B. M. Virg., de præsentatione Leupold, valoris 30 fl.
9. Altare s. Agathæ, de præsentatione Gienger, valoris 37 fl.
10. Altare s. Ottiliæ, vulgo Mellpekh *(Beneficium Tuelbeckianum)*, de præsentatione Schluderer, valoris 68 fl.
11. Altare s. Bartholomaei, de præsentatione Stüpffen, valoris 28 ℔. dl.
12. Altare s. Mauritii, de præsentatione consulatus, valoris 32 fl.

13. Altare s. Egidii, de præsentatione Schlitauer, valoris 24 fl.
14. Altare s. Udalrici, de præsentatione Sendlinger, valoris 24 fl.
15. Altare s. Joannis Baptistæ, de præsentatione Schrenk, valoris 24 fl.
16. Altare s. Francisci, de præsentatione Ridler, valoris 30 fl.
17. Altare s. Erasmi, de præsentatione Bütrich, valoris 50 fl.
18. Altare s. Spiritus, de præsentatione consulatus, valoris 58 fl.
19. Altare s. Andreæ, de præsentatione consulatus, valoris 22 fl.
20. Altare s. Antonii, de præsentatione Schwaindl & Senfftl, valoris 32 fl.

In capella s. Salvatoris:

21. Altare Salvatoris, de collatione Episcopi Frisingensis, valor. 34 fl.
22. Altare s. Sebastiani, de præsentatione Mændl, valoris 32 fl.

In capella veteris arcis:

23. Altare s. Laurentii, valoris 45 fl., de præsentatione Ducis.
24. Altare s. Margarethæ, valoris 48 fl., de præsentatione Ducis.
25. Altare B. M. Virg., valoris 54 fl., de præsentatione Ducis.
26. Altare B. Mariæ Magdalenæ, valoris 60 fl., de præsentatione Ducis.
27. Altare s. Georgii in Nova Cella*), valoris 50 fl.

118. Graefelfing est de præsentatione Præpositi in Raittenbuch. Patronus s. Stephanus. Incorporata dicto monasterio pro 10 fl. Solvit in absenti 36 fl., corporatione inclusa.

119. Gülching pertinet ad monasterium in Fürstenfeldt.

120. Buechaim est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejus patrona B. Virgo. In capella arcis Blaneck altare B. V. Mariæ.

121. Pfaffenhouen am Parsberg est de collatione Reverendissimi Frisingensis. Ejus patronus s. Jacobus. Solvit in absenti 60 fl.

Beneficium in Hoflach. Patronus s. Georgius, de præsentatione Ducum Bavariæ, valoris 30 fl.

